ary & Co.
IN NW. 6,
-Strasse 31.

AA 33.

21 m — 183 1°.

Nederlandsche
Entomologische Vereeniging

Iobi Ludolfi.

Nederlandsche Entomologische Vereeniging

IOBI LVDOLFI
DISSERTATIO
DE
LOCVSTIS

Anno præterito immenſa copia in Germania viſis,

CUM

DIATRIBA,

Qua ſententia autoris nova de שלוים Selavis, ſive locuſtis, cibo Iſraëlitarum in deſerto, defenditur, & argumentis contrariis viri docti reſpondetur.



FRANCOFVRTI AD MOENVM,
Sumptibus JOHANNIS DAVIDIS ZUNNERI.

Typis MARTINI JACQUETI.
ANNO CIↃ. IↃC. XCIV.

1694

In hoc opuſculo continentur poſt præfationem

Catalogus autorum allegatorum cum epicriſi.
Loca Scripturæ notabiliter expoſita.
Diſſertatio ipſa de *Locuſtis* pag. 1.
Diatriba cum oppoſitionibus & reſponſionibus de *Selavis* ſeu locuſtis Iſraelitarum in deſerto. p. 21.
Index primus *rerum & verborum.* p. 77.
Index ſecundus *nominum propriorum.* p. 83.
Index tertius *vocabulorum Hebraicorum.* p. 85.
Index quartus *vocabulorum vernaculorum.* p. 86.
Anacephalæoſis conſpectum totius operis lectoribus proponens. p. 87.

PRÆFATIO
AUTORIS AD LECTOREM.

PRimam operis noſtri Æthiopici *appendicem* anno præterlapſo vulgavimus, quæ recentiſſimam de regno *Habeſſiniæ* relationem continebat, ac ob id connexionem cum *Hiſtoria Æthiopica* jure ſuo poſtulabat. Quòd autem *Diſſertatio* hæc de locuſtis *appendix altera* inſcribatur, Benevole Lector! noli mirari. Graviſſima iſta *plaga*, bello & peſte nonnunquam pejor, *Æthiopiæ* noſtræ *epidemia* eſt, quâ magis, quàm ullâ aliâ affligitur. Quamobrem in Hiſtoria noſtra illiusque Commentario de hoc inſecto amplè locuti ſumus.

Dum verò materiam iſtam tractarem, incidi in locum *Porphyrii Pythagorici* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων *de abſtinentia ab animatis*; qui ſcribit. : *Exercitum in Africa fame laborantem ſupervenientibus locuſtis ſervatum fuiſſe.* Hinc ſubiit animum meum conjectura, idem *Iſraelitis* accidiſſe: & שלוים *Selavas Exod.*16.13. & *Num.*xi. 31. quibus Iſraëlitæ in deſerto miraculosè à Deo paſti fuerant, non eſſe *coturnices* Joſephi, (quem omnes vernaculæ ſecutæ ſunt) ſed *Locuſtas*, in has enim omnes textûs circumſtantias optimè: in illas verò minus bene quadrare. Neque enim coturnices in tam ineffabili copia à ventis cogi & congregari poterant, ut ferè *duos cubitos ſoli* in tanto terræ ſpatio opplerent, & tamen per *triginta ſex horas* vivæ manerent: multò minùs ita ab Iſraëlitis tractari, ut in tam calido climate ſine putrefactione circumcirca caſtra expanderentur, quò ad cibum idoneæ fierent.

In qua ſententia eò magis confirmabar, cum viderem antiquiſſimorum interpretum variationem, dum alii *ortygometras*, *phaſianos* alii redderent, alii vocabulum planè non exponerent, *hodierni* verò *Judæi* inter ſe prorſus diſſentirent. Ex quo firmiter colligebam, veram illius ſignificationem, ut aliorum plurimorum, in *captivitate Babylonica* deperditam fuiſſe, adeoque locum conjecturæ dari. Quæ cuncta in *Commentario ad Hiſtoriam* meam *Æthiopicam* Lib.i. N°. xcvi. latè perſecutus ſum, nec non in hac appendice *Part.* II. *cap.* i. ſummatim docui, meamque ſententiam variis rationibus ac argumentis ſtabilivi.

Quum iſta jam ante triennium in publicum emanaſſent, nec ullum de nova hac expoſitione judicium publicè compareret, *Vir* quidam *ampliſſimus atque clariſſimus taliumque peritiſſimus* (qui ut liberiora relinquerentur lectoribus judicia, nominari noluit) hortatu alterius amici DISQUISITOINEM conſcripſit pro defenden-

da veteri & impugnanda nova mea ſententia, mecumque privatim communicavit. Gratulabar mihi, repertum fuiſſe, qui argumenta mea expendere, & quicquid in contrarium dici poſſet, ex ſua vel aliorum mente, ſive magni ſive parvi momenti, congerere voluerit. Sic enim occaſio mihi data fuit, omnibus illis dubiis reſpondendi, atque mentem meam uberiùs declarandi. Igitur cùm anno ſuperiore ſingulari quaſi fato contigiſſet, ut *inſecta* illa, de quibus tot verba feceram, ipſe oculis meis contueri, manibus palpare, atque etiam ceu eſu bona guſtare potuerim, decrevi non ſolùm brevem *Locuſtarum* hiſtoriam, ſed etiam hac occaſione *Diſquiſitionem* illam amicam cum *animadverſionibus* & *exceptionibus* meis ſimul in lucem edere; Ut ſi cuidam eadem vel ſimilia argumenta in mentem venerint, hîc paratas reperiat reſponſiones. Has verò, priusquàm ederentur, ad virũ ſupra laudatum miſi, ut ſi eas probaret, vel amplius quid monere vellet, id mihi tempeſtivè ſignificaret. Igitur inſtantias defendendæ ſuæ & refellendæ meæ ſententiæ *replicæ* loco largè compoſuit, & ad me miſit: easque ſi edere vellem, contrahendi poteſtatem mihi fecit. Accepi conditionem, & quæcunq; theſes meas impetere videbantur, reſponſionibus meis ſubjeci, atque cenſuram meam loco *duplicæ* ſuperaddidi, nihil ſtudio omittens, quod aliquo modo ad elucidationem hujus cauſæ facere putarem. Si verò alicui objectiones mihi factæ nimis concisè propoſitæ videantur, illas ſine mora integras proferam, ſi cui libuerit dubiorum ſuorum capita mecum amicè conferre. Cùm enim iſtud problema neque de *fide* neque de *moribus* agat, libertatem ſentiendi, quam mihi ſumſi, unicuique facilè permittere potero, quò veritas, decedente paulatim ex animis hominum inveteratâ opinione, tandem eluceſcat.

Cæterum non mirabitur ſtudioſus Lector, ex unico hoc Scripturæ loco tot *quæſtiones* totque *controverſias* formari: imò tot ſchedas impleri potuiſſe. Ita enim comparatus eſt, ut ſi duorum dicti loci commatum verba penſiculatè expendere, & probabiliter explicare velis, ſat negotii habeas, ut è vadis emergas, & in portu pedem ponas. Id verò Deo propitio nos tandem aſſecutos eſſe ſperamus; quare non pigeat Lectorem aliquid temporis huic diſputationi impendere, ut maturum judicium ferre poſſit, utra conjectura probabilior & textui convenientior ſit: Num *Ioſephi, qui* שלו Selav *coturnicem* reddidit? an mea, qui *Locuſtas* intelligi arbitratus ſum.

Præterea animadvertet ſtudioſus Lector, nos data occaſione de autoribus à nobis allegatis libere judicare: eosque, ubi fortè hallucinati, vel librariorum negligentia corrupti fuerint, declarare vel emendare; id enim literatis placere novimus. Quapropter *catalogum autorum* quibus uſi ſumus hic ſtatim ſubjungere voluimus. Poſt quem reperiet Lector *loca S. Scripturæ à nobis expoſita:* neque nobis vitio vertet, ſi in locis, (ut ita dicam ἀδιαφόροις) neque *fidem* neque *mores* tangentibus à communi interpretatione nonnunquam recedamus, eaq; ubi *librarii* in deſcribendo fortè negligentiores fuerunt, priſtinæ integritati reſtituere conati ſimus. Quâ enim reverentiâ & ſtudio erga S. textum feramur, *ſtudioſus Lector* ex iis, quæ *P. II. c. 23. §. 9.* & ſeq. diximus, cognoſcere poterit.

CATA-

CATALOGUS
AUTORUM IN HOC OPERE ALLEGATORUM
indicatis locis ubi quisque laudatur, vel notatur aut emendatur.

Ratio quærendi eadem est ac infra in Indicibus.

A.

Abarbanel, Rabbinus celebris שלו malè putat esse *speciem avis magnæ*. 2.9.1.

Aben Ezra errat circa vocabulum צפור *Avis*. 2. 30.6.

Alachphaſi Arabs à *Bocharto* citatus.

Albertus Magnus Ortygometram ineptè exponit. 2.62. f.

ALDROVANDUS Plinium improvidè citat, 1.10. 3. de insectis notatur. 1. 23. 1.

Locustas malè facit insecta κολεόπτερα. 1.25.3.

Seleucides aves immeritò pro fictis habet. 1. 31. 4.

Alvarez. [Francis.] Itinerarium Æthiopicum.

Ananias, Rabb. Fezensis Maurus. 1,6.7. docuit præparare *locustas*. 8. 4.

Angelus à S. Joseph in gazophylacio Persico Seleucides aves describit. 1.31.6. notatur. 32.4. & 5.

Annales Francorum autoris incerti bonam variam lectionem exhibent. 1, 16. 3, & 17. 1. lit. q.

Archimedis hypothesis de computatione circuli. 2. 45.6

Arias Montanus laudatur. 2.24.5. & 77.3.

Aristotelis locus θέρες pro ἔαρος emendatur. 1, 21. 6. alas avium & insectorum rectè distinguit. 2.27.11.

Assariph Arabs à Bocharto citatus.

Aventinus in annalibus Bojorum notatur quia descriptione locustarum Plinii pro historia utitur. 1. 18. 1. & 19. 2. de ejus opere Germanico judicium *ib.* 18. 2. & 19. 5.

Augustinus de Civ. Dei emendatus. 1. 13. 4. & *seq.* ejus de ortygometra judicium 2, 63.6.

Autor anonymus Bibliothecæ universalis commendatur. 1.7.4.

Autor anonymus libelli *l'Esclave religieux* laudatur. 1.7.4.

AUTORIS encomium 2.3.1. ab eo modestè recusatum. 4.1.

AUTOR DISQUISITIONIS studium veritatis profitetur. 2.5.4. & 6.3.

in Præfatione & alibi laudatur ob diligens examen problematis de Locustis.

Autor paralipomenon ad Chronicon Abb. Ursperg. mirè describit Locustas. 1.20. 2.

Autor mirabilium inter opera Augustini taxatur ignorantiæ vel dubitationis. 2.69. 2.

B.

Baal-hatturim circa *Selavas* ineptit. 2. 18. 2.

BERNARDUS [Eduard.] Oxoniens. Profess. meritissimus, cujus tractatus de mensuris concavis antiquorum *Pocokii* Commentario annexus laudatur. 2. 57. 4.

Beza vir judicii acerrimi. 2.7.5. laudatur ob locum bene versum in Nov. Testam. 2.77.3.

Bibliorum versiones, vid. *Versio.*

Sigmund von Bircken Spiegel der Ehren deß Hauses Oesterreich.

BOCHARTUS [Sam.] 2. 57. 4. passim laudatur. 1. 23.6 Primus docuit quid sit *Hippopotamus*. 2.7.5. In nonnullis hallucinatus est, veluti in particula אפילו Quin imò : Imò etiam. 87. 5. & in descriptione *Ortygometræ*. 68. Hieronymi versionem cum *vulgata* confundere videtur. 69. non curavit *Masorethas*, eorumque punctationem. 70. 4. Multa animalium nomina, usque ad sua tempora ignorata, exposuit. 2.72. 5. p.

Bonfinius de rebus Hungaricis.

Brunnerus [Andr.] laudatur: & notatur ob senas alas quas Locustis tribuit. 1.17.1.

Budæus de asse.

C.

Adamustus navigationum Scriptor.

Calvisius in opere Chronologico notatur. 1.19.7.

Cardanus de subtilitate refutatur. 1. 23. 11. deridetur à Scaligero. 34.1.

Castalio [Sebast.] peccat in expositione vocis צפור 2.29.3. Laudatur ob suum *tùm, tùm. Ib.* & 106.5. & quod ἅπαξ rectè exposuerit. 77.3. Ejus Versio Bibliorum notatur. 1.24.1.

Chaldæus Interpres. Vid. *Versio.*

Chassanæus [Barthol.] processum locustarum miserè instruxit. 1.30.4.

Chulin, vel *Cholin*, tractatus Talmudicus.

Chrysostomus variam lectionem Gen. 1.26. habet. 2.23.5.

Cisnerus editor *Aventini* Annal. *Bojorum.*

Clenardi Epistolæ.

CLERICUS [Joh.] Commentator *Geneseos* solertissimus, variam lectionem trepidè proponit. 2.23.9. עוף כנף rectè reddit *volatile alatum*. 24.5. *insecta volatilia* sub כל כנף intelligi rectè censet. 27.5.

Complutensis Bibliorum editio *Gen.* 1. 26. variam lectionem habet. 2.23.4.

CUPERUS [Gisbertus] laudatur.

D.

Dapperi [Ol.] Descriptio Africæ.

Deodatius, vir judicii acerrimi. 2.7.5. secundum *Bochartum* P. II. Lib. V. c. 15. p. 754. Ital. Diodato, Interpres Bibliorum Italicus.

Diaconus [Paul.]

Diodorus Siculus.

E.

Epiphanius notatur à *Villalpando* tanquam mendis scatens. 2. 58. 6. Explicat לחך per *elevationem*, sine fundamento *ib.* 7.

Eupolemus de mensuris agit. 2. 55. 2.

Eutropius emendatur. 1. 13. 4.

F.

Fagius in exposit. *Gen.* 1. 26. notatur. 2. 23. 7.

Freinshemius in supplemento *Liviano* notatur. 1. 13. 9.

G.

Gaza [Theod.]

Gemara, i. e. Textus Talmudicus.

Gesnerus [Conrad.] diligens animalium investigator describit ortygometram. 2. 65.

Glassius [Sal.] in Philologia Sacra.

Grati [Hieron.] Consilia.

Grotius [Hugo] summoperè laudat *Villalpandum* 2. 58. 3. ejusdem de ortygometra judicium. 63. 8.

Grsepsius [Stanislaus] Polonus ob varium varias monetas & mensuras conciliandi modum perstringitur. 2. 55. per tot. *Sex cori* species facit 56. 2. Ejusdem temeritas in computatione annorum 57. 1. Spernitur ab Eruditis. *Ib.* 3. semel tamen contra *Villalpandum* defenditur. 58. 4.

Grünhut [David] vid. *Rabbini.*

H.

Harduinus doctissimus & solertissimus Plinii editor; passim laudatur.

Hebenstreit [Joh. Paul.] Professor Jenensis meritissimus. 1. 30. 3. b.

Heideggerus [Joh. Heinr.] descriptionem ortygometræ ex Helvetia misit. 2. 66. 1. o.

Hesychii etymologia vocis ὀρτυγομήτρα elumbis. 2. 67. 1. seqq.

Hieronymi versio cum Vulgata non confundenda. 2. 69. 1. Nulli libri apocryphi ab eo versi. *ibid.*

Hottingerus [Joh. Heinr.] *Grsepsium* allegat, non probat. 2. 57. 5.

I.

Jarchi [R. Sal.] alias *Raschi*, fallitur, sub צפור locustas referens. 2. 30. 6.

Interpres Hagiographorum Chaldaicus. vid. *Versio.*

Interpretes qui loca Gen. VII. 14. & 1. Cor. 15. 39. rectè reddiderunt. 2. 26. 5. & 77. 3.

Interpretes LXX. ut vulgo vocantur, in multis scripturæ locis, ob linguam Hebraicam in captivitate Babylonica amissam, hallucinati sunt. 2. 7. 2. ex gr. שלו Selavam *Ortygometram* reddiderunt, paucis assentientibus. Vide c. 14. 2. h.

Interpretes circa vocem שמה *Expandit* mirè discordant. 2. 106. qui trajectum Selavarum trans mare statuunt. 41. 4.

Jonathan Ben Uziel in paraphrasi sua Chaldaica *Selavas* exponit *Phasianos*. 2. 9. 1. & *volatum* earum *bicubitalem* in & circum castra finxit, 2, 8, 2. Quem secutus est *Philo* & alii. ibid. 1. & 9. 4. & 38. 5. Paraphrasis ejus notatur. 45. 4. Locustas salsas è vasis avolavisse nugatur. 87. 4. 5.

Jonstonus [Joh.] notatur. 1. 26. 1.

Josephus primus fuit qui שלו *Selavam* coturnicem reddidit. 2. 1. 4. & 9. 2. atq; sic à præcedentibus interpretibus discordat. 71. 2. 3. & 73. 2. ex conjecturâ, nullo alio fundamento fretus. 75. 2. Dationem *Selavarum* quidem refert. 38. 5. sed de *expansione* earum silet. 8. 3. De *coturnicibus* impropriè & obscurè loquitur. 40. 4. In numeris à S. Scriptura sæpe discrepat, & quo pacto id factum fuerit. 55. 5. ideò mendosus existimatur notante *Villalpando*. 9. & 58. 1.

L.

à *Lapide* [Cornel.] de alis volatilium parum acuratè differit. 2. 33. 6.

Legati Regis *Mauritaniæ* de Locusta in Commentario depicta judicium. 1. 6. 7.

Legenda Sanctorum de abactis Locustis 1. 30. 8.

Leo Africanus Latinè minus bene redditus. 1. 2. 4. b.

Livius.

Longolius [Gyb.] describit Ortygometram 2. 65. 1.

Ludolfi [Jobi] Historia Æthiopica & ad illam Commentarius, in quo *Diatriba de Locustis*, hujus Dissertationis basis. 1. 1. 3. & 2. 1. 1. V. *Autor.*

M.

Maimonidis & Salomonis ingenua confessio ignorantiæ in rarioribus vocabulis *Linguæ Hebrææ*. 1. 23. 4. & 2. 7. 2.

Majolus [Simon] *Plinium* malè intellexit. 1. 26. 6.

Malvendæ nugamentum de *Selavarum* conservatione in caveis. 2. 52 2. & 106. 4.

Marcellus Virgilius in Dioscoridem variè describit Locustas. 1. 23. 1. & 25. 3.

MASORETHÆ XIV. locis לו *ei* pro לא *non* mendoso, legendum esse censent. 1. 24. 2.

Menochius [Joh. Steph.] de *Republ. Hebræorum.*

Mercerus malè exponit צפור *aviculam*. 2. 21. lit. i.

Mortagne de Roussillon laudatur. 1. 13. 11. g.

Myndius [Alexand.] descripsit *Ortygometram*. 2. 63. 7.

N.

Nieuhofii Historia Legationis Batavicæ in regnum *Sinarum.*

Noldius scriptor particularum Hebraicarum diligentissimus. 2. 37. 5.

O.

Obsequens [Jul.] emendatur. 1. 13. 4.

Olearius [Adam] in musæo *Gottorfiano* malè depictam habet *Locustam*. 1. 25. 7.

Orosi rectè habet *octoginta* pro *octingenta*. 1. 13. 5.

P.

PAGNINUS & ARIAS MONTANUS עוף rectè reddiderunt *volatile alatum*. 2. 24. 5.

Paulus Diaconus, vel potius *Warnefridus.*

Phanodemus.

Philo de ortygometris exponitur. 2. 8, 2. earum expansionem omisit. 3.

Piacenza [Francis.] Italus. *L'Egeo redivivo*, seu *descriptio Insularum maris Ægei.*

Piscator in expositione Gen. 1, 26. notatur. 2. 23. 7.

PLINIUS operibus ſuis immortuus eſt, ideò excuſatur & defenditur. 1. 10. 3. quod pluribus factum in Comentario, & quidem in *Catal. autorum* V. *Plinius.*

Plinius junior in epiſt. ad *Macrum.* 1. 10. 3.

POLI Synopſis *Bibliorum* paſſim citatur.

PONTIFICALE ROMANUM nihil de excommunicatione *locuſtarum* habet. 1. 30. 7.

Porphyrius de abſtinentia ab animatis præcipuam occaſionem autori noſtro dedit *Selavas* de *locuſtis* exponendi.

R.

RABBINI ignorantiam ſuam in expoſitione difficiliorum vocabulorum fatentur. 1. 23. 4. & 2. 7. 2. eorum error circa vocabulum צפור 30. 6. *corrigunt* audacter *textum* in vocab. שטח Num. 11. 32. & 106. 7. tam in *Talmude* 8. quàm in *Gemara* 9. Vid. *Samaritani.*

Samuel Sacerdos à *Schotten* &

Simeon, Jacobi Fil. Hieroſolymitanus, reſpondent ad quæſtionem: ubi Moſes in hiſtoria creationis & diluvii inſectorum volatilium mentionem fecerit 2. 31. 3. hujus relatio de locuſtis Palæſtinæ. 1. 12. per tot.

David Grünhut / Rab. Francof. de mactatione in avibus neceſſaria teſtatur. 2. 102. 3.

Reginonis annales malè tribuunt *locuſtis* ſena alarum remigia. 1. 16. 5.

Reineſius [Thom.] in *Syntagmate Inſcript. antiquarum.* 1. 13. 10.

S.

Salmaſius ortygometram à *coturnice* prorſus diſtinguit. 2. 63. 8. ſeqq.

R. *Salomon.* Vid. *Maimon.*

Samaritani pro שטח *Expandit* Num. 11. 32. legunt שחט Mactavit. 2. 106. 10.

R. *Samuel.* vid. *Rabbini.*

SCALIGER [Jul. Cæſ.] Iſtius in Hiſtoria animal. Ariſtotelis *παιρόφαμα* notatur. 1. 21. 6. contra *Cardanum* improvidè *Plinium* citat. 1. 10. 3. autores ſuos non laudat. 1. 32. 7.

Schindlerus [Val.] notatur ob pravè expoſitam vocem צפור 2. 21. 1. lit. i. laudatur. 89. 2. d.

SEPTUAGINTA INTERPRETES Vid. Interpretes.

R. *Simeon* Vid. *Rabbini.*

Stephanus de Urbibus. 2. 88. 2.

Straboni Rhinocolura eſt urbs Palæſtinæ. *Ib.*

Surius [Laurent.] de locuſtis parum accuratè loquitur. 1. 6. 11.

Syrus Interpres inſignem variam lectionem Gen. 1. 26. ſuppeditat. 2. 23. 1. locum. 1. Cor. xv. rectè exponit. 2. 77. 3.

T.

T *Acitus.*

TALMUD. In tractatu נדרים *Hieroſol.* locuſtis tribuitur caro. 2. 78. 4. Et in tractatu יומא pro שטח *Expandit.* Num. xi. 32. legitur. שחט Mactavit. 2. 106. 8. lit. c. In tractatu תענית de *octingentis* Locuſtarum generibus fabulantur. 1. 23. 1. in tractatu חולין obſcurè & ambiguè varias *locuſtas* deſcribunt. *ibid.* 5.

TARGUM, ſeu Chaldaica Interpretatio. Vid. *Jonathan Ben-Uziel.*

TAVERNIER in itinerario ſuo *viviparas* facit *locuſtas*, 1. 22. 4. Forſan aliud fuit animalculum? *Seleucides* aves deſcribit. 31. 5. nec non *aquam ſympatheticam. ibid.*

TENZELIUS [W. Erneſt.] Locuſtas ſuperioris ſeculi depictas habet, hornis ſimillimas. Laudatur 1. 20. 9. e.

Tigurini Aucupes deſcribunt ortygometram. 2. 66.

TREMELLIUS ET JUNIUS veteris Teſtamenti Interpretes notantur, quia *locuſtarum* ſpecies perverſè reddiderunt. 1. 23. 8. ſeq. propter לא *Non* pro לו *Ei.* 24. 1. Malè reddunt כל צפור כל כנף 2. 27. 1. ſeq. Ad verbum שטח *Expandere* addunt *compoſitè*, ſine cauſa & fundamento. 2. 109. 3. f.

V.

V *Arro* [Marcus] 1. 9. 6.

Vatablus in expoſitione Gen. 1. 26. æſtuat. 2. 23. 7.

VERSIONES BIBLIORUM vernaculæ nonnullæ notantur. 2. 26. 3. Ex textu authentico ſunt declarandæ. 24. 1. In expoſitione vocis שלו Occidentales ſolum *Joſephum* & *Vulgatam* ſequuntur. 2. 9. 2. In *libro ſapientiæ* non rectè exponunt *ortygometram.* 15. 10. Pleræque veteres in expoſitione *Gen.* VII. 14. peccant. 2. 26. 1. ſeq. aliæ non. *Ibid.* 5. *Levitic.* XI. 20. aliæ perperam. 2. 24. 2. aliæ bene reddunt. *Ibid.* 4. 5. Obiter hoc loco monere voluit Autor, ut qui impoſterum novam Bibliorum verſionem concinnare voluerint, eam cum rationibus & cauſis edant. Galli illam vocaturi eſſent, *Une Verſion de la Bible raiſonnée.*

VERSIO *Æthiopica* Gen. I. 26. variam lectionem habet. 2. 23. 5. Locum Genes. VII. 14. imperfectè reddit, 26. 2.

Arabica ellipſin rectè ſupplet per او *Vel, ſive.* 2. 30. 4.

Germanica tautologiam committit. 2. 26. 2.

Aves quadrupedes formavit. 24. 2.

Græca τῶν ὀ. Ejus nævi. V. Interpretes LXX.

Complutenſis variam lectionem habet. 2. 23. 4.

Italica laudatur. 2. 29. 2.

Latina Vulgata vid. *Vulgata.*

Samaritana mactatas tradit *Selavas.* 2. 106. 10.

Slavonica, Græcam κατὰ πόδα refert. 2. 26. 2.

Syriaca Gen. 1. 25. notabilem ſuppeditat variam lectionem. 2. 23. per tot.

VILLALPANDUS meritò perſtringit *Groſepſium* 2. 58. 1. ejus de *Epiphanio* judicium. *ibid.* 6. & *Grotii* de *Villalpando.* 3. paſſim laudatur; ſemel tamen notatur. 5.

Virgilius in Dioſcoridem. Vid. *Marcellus.*

Vives [Lud.] *Auguſtinum* cum notis edidit. 1. 13. 6. ſed ſphalma non obſervavit.

Vulgata Gen. I. 21. & 22. Hebraicum עוף be ne reddit: *Volatile.* At ℣. 22. perperam *avem.* 2. 24. 4. Variat in expoſitione *Ortygometræ* & cur? 15. 9. & 69. 1. laudatur. 77. 3. Cum *Hieronymi* verſione non eſt confundenda. 69. 1.

W.

W *Altonus* [Brian.] Bibliorum polyglottorum editor laudatiſſimus.

WITSEN [Nicolaus] laudatur. Ei debentur picturæ locuſtarum. 1. 23. 7. & pag. 20.

EX-

EXPOSITIO

Locorum S. Scripturæ, quæ non uniformiter ab Interpretibus redduntur.

Gen. I. ℣. 20. שרץ hoc loco ſignficat *immenſam aquatilium copiam, vermium inſtar, mixtim ſeſe moventium.* 2.22.3.& 4.

℣. 21. עוף כנף *volucria alata* & de *avibus* & de *inſectis volatilibus* accipiendum. 2.22.3.

℣. 24. רמש nil niſi *reptilia terreſtria* denotat, quamvis ארמה *terra* non ſit appoſitum. *Ibid.* 8.& 20.7.

℣. 26. ובכל הארץ hic חית *beſtia* interponendum eſſe variis lectionibus & argumentis demonſtratur. 2.23.per tot.

VI. ℣. 7. עוף השמים *volucria cœli* vel potius *aëris* reddendum, ut etiam *inſecta volatilia* comprehendantur. 2.20.4.& 5.

℣. 20. עוף *Volatilia* in genere: & *aves* & *inſecta* in ſpecie ſignificat. *Ibid.*

VII. ℣. 14. וכל עוף למינהו כל צפור כל כנף reddendum: *Et omnia volatilia ſecundum ſpecies ſuas* [i.e.] *omnes aves* [& omnia alia] *volatilia.* Quæ expoſitio argumentis & auctoritatibus latè defenditur. 2 25.3.

℣. 15. ויבאו אל־נח אל־התבה שנים שנים מכל־בשר אשר בו רוח חיים *Et intraverunt ad Nochum in arcam bina bina de omni carne, in qua ſpiritus vitalis.* &

℣. 16. והבאים זכר ונקבה מכל בשר באו & *quæ intraverunt maſculus & fœmella de omni carne intraverunt.* Quæ loca nullam prorſus difficultatem habent, ſed clarè evincunt, *Locuſtas* quoque inter cætera animalia nomine carnis venire. 2.78.3.

Exod. X. 14. *Non fuiſſe tot locuſtas unquam, nec futuras impoſterum,* conciliatur cum noſtris *Selavis* Num. XI. 31.& 32. ſeu *locuſtis* deſerti. 2.86.2.& 87.2.

XIII. ℣. 2. כל בכור פטר כל רחם *omne primogenitum aperturæ omnis uteri.* 2.28.3.

XVI. ℣. 13. vox שלו primùm reperitur, & exponitur de *Locuſta*; idque Parte II. hujus tractatus demonſtratur.

Levit. XI. ℣. 13. עוף per ſynedochen generis de *avibus* exponendum, quæ mox denominantur 2.18.3.& 20. 9.& ℣. 20. diſtinguuntur ab altera ſpecie *volatilium* videlicet ab *inſectis volatilibus*; ſic meliùs Latinè redditur, quàm *reptile volatile. Ibid.* In nonnulis verſionibus vernaculis perperam *aves quadrupedes,* quæ in rerum natura non dantur. 2. 24. 2.& 3.

℣. 21. לא *Non,* pro לו *Ei* poſitum à nonnullis Interpretibus non obſervatum. 1. 24. per tot.

Numeror. XI. verſuum 4. 5. 6. paraphraſis. 2. 12. 6.

℣. 31.& 32. Iſte verſus corrigitur à Rabbinis, qui pro וישטחו *Expanderunt,* legunt וישחטו *mactarunt,* pro שטוח *Expandere:* שחוט *Mactare.* 2. 106. 7.

hujus loci paraphraſis duplex. 2.108.& 109.

Deut. IV. ℣. 17. *Ellipſis* particulæ copulativæ *Neq;* vel etiam disjunctivæ *Aut, ſive,* ab Interpretibus rectè ſuppletur. 2.30. 3 ſeqq.

XIV. ℣. 19. כל עוף טהור תאכלו *Omne volucre mundum comedetis* de inſectis, non de avibus intelligendum; de iſtis enim jam antè actum erat. 2.20.11. ſeq.

Jud. XIX. ℣. 19. exponitur. 2.28.4.

I. Sam. XIV. ℣. 32. 33. quodnam ibi fuerit peccatum à *Saule* reprehenſum 2.101.5.

III. Reg. V. ℣. 25. de *viginti mille coris,* cur Joſephus diſcrepet. 2.55.5.

II. Chron. XXXII. 15. geminatum כל Omnis quomodo reddendum. 2.28.4.

Pſalm. LXXVIII. ℣. 27. עוף כנף bene redditur à LXX. Interpretibus πετεινὰ πτερωτὰ. *Volatilia alata.* & ſic alii boni Interpretes. Malè *aves.* 2.20. ſeq.

CXIII. ℣. 5. מי כיהוה אלהינו *Quid eſt ſicut Dominus Deus noſter?* quo loco interrogatio infert abſolutam negationem: *Nemo prorſus.* Et ſic in aliis Scripturæ locis. 2. 12.4.

CXIX. ℣. 128. congruus ſenſus ſtatûs conſtructi hîc dari nequit, niſi פקודיך *Præcepta tua* legatur cum affixo. 2.27.4.lit.o.

CXLVIII. ℣. 10. וצפר כנף *& aves,* [& alia] *volatilia*, ἀσύνθετον hîc ſubeſſe cenſemus. Nam *beſtias pecudes* & *reptilia* nominaverat Pſaltes. Igitur niſi addamus *inſecta volatilia,* cauſa omiſſionis dari non poteſt. 2. 25.4. Rabbini hanc objectionem evitaturi, ſine fundamento docent, vocabulum צפור etiam comprehendere *locuſtas.* 30. 6.

Eſaiæ XL. ℣. 6. 7. quo loco חציר *gramen,* non *fœnum* reddere oportet. 2.14.2.h.

Ezech. XVII. ℣. 23. idem locus, & eadem conſtructio ac *Gen.* VII. 14. vid. ſupra.

XLIV. ℣. 30. ubi geminum כל *Omnis* exponitur. 2.27. 4.

Sapient. XVII. 2. & XIX. 11. 12. *Peregrinus ſapor* & *nova generatio,* quomodo ibi intelligenda. Cur Vulgata hoc loco *Ortygometram* retinuerit, cum tamen in Pentateucho *coturnicem* habeat. 2.15.7. ſeq.

I. Cor. XV. ℣. 39. Interpretes carnem πτηνῶν *Volucrium* ſeu *volatilium,* meliùs reddunt, quàm qui *avium.* 2.77.2.

Philip. III. ℣. 1. τὰ αὐτὰ γράφειν *Eadem ſcribere* pro *tautologia* non rectè allegatur. 2.27.7.

IOBI LVDOLFI
DISSERTATIO
DE
LOCVSTIS.
PARS I.

1 UM anno præterito, menſe Auguſto, ob negotia Cap. I.
privata *Erfurti* commorarer, crebri undique nuncii attulere,
magnam inſolitarum *locuſtarum* vim in Germaniam irrupiſſe, &
2 jam in ipſam *Thuringiam* penetraſſe; quas populi cum ſtupore
ſpectarent, veriti, ne agris atque pratis vaſtatis, alia quoque ma-
la regionibus noſtris portenderent. Scripſeram ego ante hac
3 non pauca de hoc inſecto, cùm in *hiſtoria* mea *Æthiopica*, tùm
in ſecuto ad illam *Commentario*, propoſitâ erudito Orbi conjecturâ novâ, שלוים *Selavas* I. 13. n. 96.
Exod. XVI. 3. & Num. XI. 31. non coturnices, ſed locuſtas ſignificare; idque variis ratio-
4 nibus firmaveram. Quare cupido animum inceſſit, eas propiùs contemplandi, &
5 num vera eſſent, quæ de illis dicerentur, ſcriberentúrve probè cognoſcendi. Igitur
Vinariam & *Ienam*, ubi tum graſſari dicebantur, profectus, ſtupendum hunc natu-
6 ræ fœtum, LOCUSTAS, oculis meis conſpexi, ac varia de illis experimenta cepi. Ea
res me impulit, ut non ſolùm mea ſcripta curatè revolverem, ſed & ab aliis tradita con-
quirerem, & in vulgus edere deſtinarem.

1 Neque enim curâ meâ indignum putabam deſcribere famoſum inſectum, quô Cap. 2.
tanquam inſtrumento præcipuo puniendis hominum criminibus Deus uteretur, ut
etiam Ethnici ex hac plaga iram Deorum ſuorum agnoſcere neceſſe habuerint. (*a*)
2 Profectò animalculum hoc debile & inerme documento nobis eſt, potentiam morta-
3 lium, quantumvis maximam, contra iratum Numen nihil poteſſe. Quicquid cam-
porum ſterilitas, aut tempeſtatum calamitas: quicquid ſiccitas, quicquid grando, de-
nique militum ſævitia agris nocere poteſt, id ſola locuſta paucis horis efficit; poſtea
famem & plerumque peſtem ſecum trahens. remediis nullis vel imbecillis.
4 Dantur tamen barbaræ quædam gentes, annonæ difficultate & inedia laboran-
tes, quibus inſectum hoc ſaluti eſt. Nam in Arabiæ & Lybiæ deſertis *Acridophagi*
vagantur, omnium rerum egeni, qui locuſtarum adventu gaudent. (*b*) ita mirabile
hoc volucre famem & affert & tollit.

1 Accendit ſtudium meum Viri Clariſſimi, amici haud vulgari doctrinâ prædi- Cap. 3.
ti, DISQUISITIO, quam pro *coturnicibus, Iſraëlitarum cibo in deſerto*, contra novam
meam ſententiam ſolertiſſimè conſcripſerat, & mecum privatim communicaverat.
2 Illam hoc loco ad verbum proponere atque expendere, & rationes utriusque partis
eruditorum judicio ſubmittere operæ pretium putavi.
3 *Prior* itaque hujus diſſertationis *pars hiſtoriam locuſtarum*, earumq; ſpecies & naturam *tractabit: altera* continebit *disquiſitionem* modò dictam, cum *reſponſionibus noſtris* ad argumenta pro *coturnicibus* nobis oppoſita.

1 AUtumnus jam cœperat, cùm prima de locuſtis nova vulgarentur. In *Auſtriam* Cap. 4.
2 die $\frac{3}{13}$ menſis Auguſti ex *Hungaria*, & ulteriùs ex Oriente venerant. Exinde
in *Bohemiam* progreſſæ, *Voigtlandiam* & Ducatus *Altenburgici* partem peragra-
verunt. Dehinc *Salam* flumen transvolantes poſt iter viginti circiter dierum in
3 *Thuringiam* irruperunt. Congruebant relationes de illis undecunque ſcriptæ, quòd
cœlum inſtar nubium obſcurarent: proficiſcendi ordinem inſtar exercitus cujusdam

A ſerva-

(a) *Plin.* Lib. XI. c. 29. al. *Sect. 35. ibi: Deorum iræ peſtis ea intelligitur.* (b) *Leo Africanus* tametſi malè Latinè redditus, de *Locuſtis*, in fine tractat. de *animalibus*.

ſervarent: interdiu ſole calente univerſæ conſurgerent, nova paſcua quærentes: noctu 4
verò agris, alicubi palmi vel ſemipedis altitudine, incubarent, & herbas omnes depaſcerent: quædam etiam arboribus inſidentes pondere ſuo ramos profundè deprimerent. Jenenſis amicus ſequentia ad me ſcripſit: *Die* $\frac{18}{28}$ *Auguſti locuſtæ ad nos venerunt, primô biduô densè quidem ſatis, & veluti præcurſores, at* d. $\frac{20}{30}$ *Auguſti* (*is erat* Dominicâ) *à meridie infinito numero urbem prætervolaverunt mediam. Tria erant agmina quæ per intervalla ſubſequebantur, tanto ſtrepitu, ut aquas multas de catarrhactis præcipitari putares, magnô videntium & audientium ſtupore: partim etiam pavore, ne gravia damna uvis in vineis, & chordo in pratis afferrent. Pridie, cùm paulum plueret, in tecta decidentes parietibus tam firmiter adhæſerunt, ut ſcopis deverri vix poſſent. Septentrionem verſus, auſtro ſublatæ, pergentes, in proximis Vrbi montibus atque agris pernoctarunt, herbas & gramina conſumentes, vitibus & uvis nec non arboribus pleriſque intactis.* (c) *Poſtridie poſt horam nonam*, (quæ diei tertia eſt) *Sole ſplendeſcente, paulatim conſurgentes, ſpeciem craſſæ nivis hyeme cadentis præbuerunt; donec poſt meridiem horâ tertiâ confertô agmine abirent. Paucæ remanſerunt, volatu fortaſſis feſſæ, vel potius pabulo graves, quas vulgus* lixas & ca- 5
lones *vocabat. Comedere eas nemo auſus eſt. Gallinis verò & porcis paſtus fuit ſuaviſſimus.*

Vinariam (ut ex aliis literis cognovi) die $\frac{21}{31}$ *Auguſti* circa meridiem venere, 6
atque omne circumcirca ſolum opplevêre; alicubi *bipalmi altitudine*, ita ut in viis & ſemitis equi ungulam ſuperarent; (*d*) homines enim & equi illas jacentes pedibus innoxiè calcabant.

Cap. 6. Poſt paucos dies quàm in illa loca veniſſem, haud procul *Vinariâ* primas ſpar- 1
ſim volantes: aut in dumis & ſepibus hætentes: vel in agris ſalientes deprehendi; quò longiùs, eò denſiùs; ita ut famuli mei plenis pugnis eas corraderent. Non enim, ut 2
aves, viſo homine avolabant, hebetioris enim dicuntur eſſe viſus (*e*), neque etiam mordebant: nec manus ſordibus aut fœtore inficiebant. Examina ipſa jam præ- 3
ceſſerant, proinde turmas tantùm aliquas ſequentibus diebus confertim volantes conſpexi, perinde ac ſi aërem nive, aut plumis denſiſſimè repletum cerneres. (*f*) *Ienam* pergens, truncos arborum ita locuſtis contectos reperi, ut cortex non appareret. Unico manus ductu corbem ſtipiti appoſitam ſat amplam implevi, & poſt ſe- 4
ptiduum ſine ullo pabulo omnes vivas reperi, quamvis altitudine pedis in corbe clauſa ſibi incubuiſſent. Idem & alii experti ſunt. *Sexum* color diſtinguebat, & corpuſculi quantitas. *Mares* enim Natura minores & leviores formaverat, (*g*) quò facili- 5
ùs à fœminis portarentur; quibus tam arctè inſidebant, ut ægrè divelleres, tantâ frequentiâ, ut ſalaciſſimum pariter & fœcundiſſimum putes ferale iſtud inſecti genus. Mares flaviores, fœmellæ fuſciores erant. Magnitudo earum & figura ut in fronte li- 6
bri. Accuratè ad vivum eas depingi curavetam; picturam chalcographus imitatus eſt. Simillima eſt illi, quæ apud *Aldrovandum* (h) delineata cernitur. Quæ verò in Commentario meo extat eam pictor juſto craſſiorem fecit. Obſervaverat id 7
jam ante *Regis Mauritaniæ Legatus*, cum Hagæ Comitis opus meum vidiſſet. Reliqua omnia, quæ popularis ejus *Rab. Ananias Fezenſis* de locuſtis mihi narraverat, aſſenſu ſuo comprobavit (*i*).

Paſſim obſervatum fuit, quod egomet vidi; *cygnis*, *anatibus*, *gallinis*, præſer- 8
tim *Africanis*, ſuaviſſimam eſcam fuiſſe, magna enim aviditate eas diripiebant, donec ingluvie impleta ſaturarentur. Sed hoc de vivis aut recenter necatis accipiendum, nam diu mortuas aſpernabantur. *Feles* quoque, quod mireris; ignotum 9
hocce pabulum cupidiſſimè appetebant; projectas enim, ceu avicülas quasdam,

cum

(*c*) Sæpè mihi lectum, quòd etiam alibi vitibus pepercerint. (*d*) Idem eodem modo contigiſſe, de locuſtis quæ An. 1535. Poloniam vaſtarunt refert *Aldrovandus*. Lib. IV. de Inſec. c. 1. p. m 167.
(*e*) *Aldrovandus* Lib. IV. de *Inſectis*. Tit. *Sonus. Viſus.* (*f*) Nos comparamus *locuſtarum* volatum *nivi*: Eccleſiaſticus viceverſâ *cap. 43, 19.* καταβασιν της χιονος *deſcenſum nivis* comparat locuſtis: idque ſimile hoc mirè confirmat. (*g*) Idem de reliquis *inſectis* prædicat *Ariſtoteles.* (*h*) Lib. IV. de *Inſect.* cap. I. in *tabula tertia* num. 11. (*i*) Referente Viro Ampliſſimo *Gisb. Cupero* in lit. d. 11. Sept. 1691. ad me datis, his verbis: *Mauritaniæ Regis Legatus Iudæus eſt; egi cum ipſo de iis, quæ Rabbinus Fezenſis tecum communicavit. Affirmabat omnia ſeſe rectè habere, ſed locuſtas non tantæ magnitudinis eſſe, quantam ectypus nobis ob oculos ponit.*

10 cum murmure, ne adimerentur, aſportabant. Etiam *canes* illas vorâſſe, & macilentum quendam pinguem factum, relatum mihi fuit. *Porcos* autem illis ſaginatos fuiſſe certo certius eſt. Ruſtici, primò metuentes ne nocerent, poſtea lætabantur,
11 quod pabulo ſuo hâc ratione parcere poſſent. *Laur. Surius* de *Locuſtis* An. 1541. Polo- p.m. 276.
niam atque finitimas regiones vaſtantibus tradit: *Ipſas mortuas pecus edebat avidiſſimè, porci imprimis, qui ſe illis mirè farciebant, quoáque illis veſceretur pecus, carnes craſſio-*
12 *res habere viſum eſt.* Sic loquitur. At mihi præter porcos (ſcilicet carnivoros,) alias pecudes locuſtas voraviſſe veriſimile non videtur: nec mihi inter illas verſanti, & tot relationes audienti de bobus quidquam innotuit: nec mortuæ, ſed procul dubio vivæ erant, cum à porcis vorarentur. Mortuas noſtro tempore nullum animal appetebat, ut paulo ante dictum.

1 Igitur cuncta, quæ de illis dicerentur & quæ partim ipſe ſcripſeram, vera co- Cap. 7.
gnoſcens, unum ſupererat, quod flagrantiſſimè ſcire cupiebam, *num eſculentæ, & ho-*
2 *minibus etiam ſapore gratæ eſſent, æque ac Orientales locuſtæ?* Etenim exploratum habebam, eas ab Aſiaticis & Africanis gentibus avidè comedi, imò pro cupediis haberi,
3 ut plurimorum ſcriptorum teſtimoniis in *Commentario* meo demonſtraveram. Addo p.179.§.52.
hîc *Leonem Africanum*, qui ſcribit: *Arabiæ deſertæ & Lybiæ populos, de locuſtarum adventu ſibi gratulari: easque vel elixas, vel ad ſolem ſiccatas, tanquam in farinam tundere (k) atque comedere.*

4 Dum hæc ſcribo, affertur mihi Tomus XXI. Bibliothecæ Univerſalis Anni 1691.

[Autorem anonymum iſtius libri doctrinâ & judicio inſigni præditum eſſe video; delectum enim ſententiarum & materiarum rectiſſimè obſervat, ut veluti ſumma optimorum librorum exinde cognoſci poſſit. Certè in excerptis *Operis mei Æthiopici*, quæ menſe *Julio* 1691. extant, pauciſſima ſunt in quibus paulò accuratiorem diligentiam requiras. In his quæ hîc ſequuntur *autruches* poſuit pro *Condoris*. Vide Comment. Lib. I. N. 92. §. 16. pag. 165.]

5 ubi relatio recens de locuſtis reperitur (*l*): *Cela peut confirmer*, inquit, *la penſée de Monſieur Ludolf, touchant le combat des Pygmees contre les Autruches. Mais ce qu'a-*
joute noſtre Eſclave un peu apres, ne ſervira pas moins a appuyer ce qu'a dit le meſme au-
6 *teur des ſauterelles, dont les Iſraelites furent nourris dans le deſert. Il dit que celuy qu'il avoit gueri de la bleſſure de l'autruche, l'eſtant venu voir, il luy apporta un quartier de cet Oiſeau, avec des ſauterelles par rareté; par ce que c'eſtoit au commencement du printemps, lorsque ces petites bêtes multiplient, & cherchent des campagnes fertiles.*
7 *Il y en a une ſi grande quantité, ajoute t-il, que l'air en eſt rempli, & qu'elles empe-*
chent quelques fois de voir le ſoleil. Elles ravagent les provinces entieres, quand elles
8 *changent de Climat, & malheur aux Campagnes, ou elles s'abaiſſent. On eſt obligé de mettre des gens armez dans les plaines, a fin de s'oppoſer par le feu de leurs armes a ce qu'elles prennent terre, ou du moins il faut infecter l'air par une fumée empoiſonnée.*
9 *Les Arabes de la campagne en font ſi grand commerce dans les villes maritimes de Barbarie, qu'ils en profitent conſiderablement, & il eſt certain, qu'elles ſont eſtimées dans*
10 *la nouveauté, comme les petits pois verds a Paris. Les Barbares s'en nourriſſent a la campagne plus de quatre mois de l'année, & ſe font un plaiſir d'en manger, comme l'on fait en France des Cailles & des Ortolans. Le revenu des ſauterelles à Tripoli vaut mieux, que celuy des cailles aux habitans de l'Iſle de Capra dans le Royaume de Naples.....*

Summa eſt:

11 *Locuſtas in illis regionibus tanta multitudine aërem complere, ut ſol conſpici non poſ-*
ſit, easque agris exitium afferre; Proinde Sclopetarios, qui igne ſclopetorum ſuorum
eas arceant, in campis diſponi: aut fumo venenato aërem inſici. Arabes agreſtes, ait, *ea-*
rum commercio in urbibus maritimis lucrum captant, primæ quæ afferuntur ceu novi fru-
12 *ctus in pretio habentur, haud ſecus ac ervilia præcocia Pariſiis. Barbari campeſtres ultra quatuor menſes illis ſe ſuſtentant, imò pro cupediis illis veſcuntur, haud ſecus ac Galli*

(*k*) In pollinem redigere reddit *Scaliger*. (*l*) Num. V. pag. 93. excerpta è libro *L'eſclave religieux.*

coturnicibus ac ficedulis. (m) Hinc infert autor ille anonymus: *sententiam nostram novam de locustis deserti hac relatione non parùm firmari.*

Cap. 8. Hæc & similia admiratoribus locustarum narrans, nemini tamen, ut illas 1
gustaret, persuadere poteram; omnes enim nauseabant eas, tanquam insecta fœda & vilia, quæ non pro cibo sed pro pœna à Deo immitterentur. Ast ego mecum re- 2
putans, locustas istas à tot tamque diversis animalibus in tanta copia deglutiri, nulli tamen nocere: deinde figurâ planè convenire cum illis, quarum innumeras Rabbi *Ananias* sine noxa comesas prædicaverat (n): postremò inter tot species locustarum 3
nullam ab autoribus tanquam nocivam aut venenatam describi, ideò institi apud familiam meam, ut delibarent. Respondit unus, qui audiverat locustas toto seculo in his regionibus non visas: *Quid se juvaret, si comesse disceret, illæ verò intra seculum non redirent?* Præparandi modum didiceram ex *Judæo* illo *Mauritano* modò no- 4
minato. In ahenum aquæ cum sale bullientis vivas conjiciebam, & ultra semihoram instar piscium vel cancrorum coqui sinebam. Coctæ rubescebant parumper, & odo- 5
rem astacorum fluviatilium quodammodo spirabant. Apponebatur peregrinum hoc ferculum domesticis meis cum pipere sale & aceto, nec non oleo olivarum. Contemplabantur id tacitè, dum illis ex opere meo prælegeretur: *Volatile hoc*
Lev. 11, 21. *ceu salubre & à Deo mundum pronunciatum, à Judæis comedi; suavissimum enim & gratissimum cibum, imò cupedias esse Sinensibus, & saporem referre cammarorum:* squillas, cancros, & carabos insecta maris, monstrosiora esse istis locustis, neminem tamen ea aversari. Denique meminerint *S. Joannis Baptistæ*, cujus is cibus fuerit in deserto. Inter 6
hæc verebar, ne me hortarentur, ut mandendi initium facerem. Post multas obtestationes & ferè preces, cùm monstrassem, caput durum & inutile nec non alas cum pedibus abjiciendas esse, famula puella unam labris admovit, cùm bene sapere renunciasset, secuti sunt reliqui, atque manducare cœperunt. Paulo post in una, 7
scalpello quasi per anatomiam dissectâ, reperta fuit substantia quædam alba, carnosa, magnitudine ossis palmulæ, quæ ex ventre tanquam pulpa ex cortice exprimi poterat, quam familia comedebat, atque ut sapidam laudabat. Post omnes tandem 8
& ego secutus sum, atque decem vel duodecim comedi; nec quisquam nostrûm ne tantillum quidem incommodi toto illo die, totaque nocte insequente sensit, ut turò nunc asseverare possim, fuisse has locustas edules, ex earum numero, quas in Oriente cum appetentia edunt: quales etiam Joannes Baptista comedit. Sapor earum similis erat *squillis* (o) aut cammaris, ut mihi viderer chelas astacorum comedere. Ferè tamen dixissem cum *Clenardo* (p) qui eas in Mauritania esitari viderat: *Malim perdicem unam quàm locustas viginti.*

Cap. 9. Sed ad finem volucrium nostrarum pergamus, quæ, adulto jam autumno, su- 1
pervenientibus pluviis & frigore, ulteriùs volare nequibant. Igitur *Naumburgi, Eckardsbergæ* aliisque circa *Salam* præfecturis ultra mensem hærentes, tandem interierunt: vel à rusticis, ubi densiùs jacuerant, coacervatæ atque in foveas defossæ: vel à porcis & alitibus consumtæ fuerunt. Nam *corvi*, *cornices* atque *monedulæ* (*ciconiæ* jam discesserant) æquè ac domesticæ aves plurimas avidè devoraverunt. At *alaudas* 2
aliasque aviculas fugaverant, quæ talium hospitum insuetæ alios campos atque sylvas quæsiverunt.

Fuere plerique qui metuerent, ne ex ovis earum, sub terra relictis, ineunte vere 3
attelabi (q) emergerent, ac multò majora damna segetibus plantisque novellis afferrent. Quibus ego nihil timendum esse pro solatio dixi; *ova* enim *locustarum* in nostro solo irrita fore omnia, utpote humorem & diuturnum frigus minimè ferentia (r) Neque etiam de attelabis ad hunc diem quidquam auditum.

Pro

(m) Avicula hæc passim malè exponitur in Lexicis ein Schnepffein/quasi *Gallinaginis* vel *Rusticolæ* genus esset, cùm tamen ex Gellii descriptione, *quod delicatissima sit & tota comedi possit, &c.* constet, quod sit *Ortelan* Gallorum, in Aquitania *Benari.* Italis *Becafigo*, Germanicè nonnullis Haferfincke. (n) *Comment. ad Hist. Æthiop.* p. 178. §. 4. (o) Hamburgi & Bremæ Gernateit; in Hollandia Garneelen vocantur. (p) In *Epistolis* Lib. I. p. m. 73. (q) Sic vocantur communiter ab *Hieronymo* & aliis *locustarum fœtus*, quamvis alii dissentiant, de quibus vide *Bochartum* Hieroz. P. 2. 4. 1. pag. 447. (r) Sic enim *Aristoteles* φθείρε᾽ δ᾽ ἀυτῶν τὰ ὠὰ ὑπὸ τῶν μετεωρολογικῶν ὑδάτων *Histor. Anim.* L. V. c. 24. Et Plinius: *Vernis aquis intereunt ova.* Loc. supra cit.

4 Pro beneficio divino habitum fuit, quod meſſe jam peracta in hæc loca vehiſſent; ut non niſi *gramen*, *chordum* & milium, ubi adhuc extaret, depaſcerent, frondibus
5 atque fructibus arborum vitiumque, ut diximus, illæſis. At multò nocentiores ſunt in calidioribus climatibus, ubi verno ſtatim tempore adveniunt, & plantas omnes, dum frondent atque vireſcunt, in herba corrumpunt; atque ſic meſſem & autumnum pariter perdunt. Nam longè majori & ineffabili ac ſtupendo planè numero ingruunt, ſolem inſtar eclipſis obumbrant: & humum per aliquot milliaria ſæpè pedis
6 altitudine & ampliùs obtegunt, ut mox exemplis demonſtrabimus. Ad hæc non ſeculi intervallo, ſed ſeptenis ſæpe aut octonis annis, interdum citiùs redeunt. In latitudine illa, quam occupant, nihil prorſus reliqui facientes, ita ut homines atque pecudes vel fame mori, vel ſolum vertere cogantur. Civitatem in Africa deſolatam

1 M. Varro autor eſt. (s) Præcipuæ *orbis terræ partes* hoc malo infeſtantur. In *Aſia* Cap. 18.
nullum fere regnum eſt, quod ab hac plaga liberum maneat. In *imperio Sinarum* fre-
2 quentiſſimæ ſunt. Provincia *Xenſi* (lege *Schenſi*) eas ſæpiſſimè experitur (t). *Tayowaniam* & *Formoſam* Oceani Eoi inſulas An. 1054. planè deſolarunt, octo hominum millibus fame interemtis. Quæ An. 1656. haud procul municipio Sinico *Single* Le-
3 gati Hollandici cum ſtupore ſpectaverunt; infra referemus. c. 29. In *India* quoque locuſtas dari credibile eſt; ſed *non ternum pedum longitudine, ut earum crura, & femina ſerrarum uſum præbeant*; quod aliorum fide Plinius fabuloſè prodidit. (u) Manus

[Contigit hîc *Plinio* quod aliàs ſæpe, ut quæ tantùm refert non aſſerit, & aliena fide ſcribit, tanquam propria illi imputentur: quin & à nonnullis credantur. *Aldrovandus* de ſerratis locuſtarum cruribus agens (x) ſic loquitur: *Ut minus horum exemplo Plinium miremur, qui ex Indicis ſerras fieri tradidit*; & ſic alii, inter quos *Scaliger Exercit.* 192. contra *Cardanum*, ſanè improvidè. Nos enim in Commentario noſtro pridem docuimus: *Plinium laboribus ſuis immortuum eſſe*, adeò ut promiſcuè audita vel excerpta (nihil enim legebat, quod non excerperet, teſte *Plinio* juniore in Epiſtol. ad Macrum) digerere aut diſtinguere non potuerit. Idque hîc rurſus inculcare voluimus. Vid. Commentar. ad Hiſtor. Æthiop. L. I. c. 8. n. p. 135. & in Catalogo autorum operi meo præmiſſo *C. Plin.*]

tamen *longitudine* ſibi uſtam viſam Germanus ex India redux mihi pro certo narravit.

1 At *Perſia* & potiſſimum *Arabia*, ubi plurimæ generantur, hoc infecto Cap. 11.
ſcatent. P. *Angelus à S. Joſeph* (y) ait: *J'ai veu pluſieurs fois en printemps le ſoleil obſcurci par des nuées* (pour ainſi dire) *tres epaiſſes des Sauterelles.* h. e. *Multoties vidi tempore veris ſolem locuſtis tanquam nubibus denſiſſimis obſcuratum.*

2 *Tavernierius* cum Teredone [*Balſera* vulgò] eſſet, bis vidit portentoſam locuſtarum vim, quæ imaginem craſſæ nubis repræſentarent, atque aërem prorſus obſcurarent. Annuatim aliquoties illic tranſire & plurimas dari, quousque Sinus
3 Perſicus ſeſe extendat, idem teſtatur. (z) In *Armenia* tempore *Neronis* (a) *exerta vis locuſtarum ambederat quicquid herbidum aut frondoſum*, ut equiti pabulum deficeret. In
4 *Syria* & *Parthia* notiſſimæ ſunt. In *Palæſtina* inter minas & pœnas divinas à Prophetis ſæpius memorantur. (b)

1 Dum iſta ſcribetem, Judæus Hieroſolymitanus *Simeon Ben-Iacob* opportunè Cap. 12.
huc venit, quem de locuſtis Judææ percunctatus ſum, ad vivum depictas commonſtrans. Reſponſiones ejus, quas ipſe manu ſua conſignavit, hîc apponere operæ pretium putavi, ut ſequitur:

עַל אשר שאלני השר המרומם האדון איוב לודולף בעיר פרנקפורט	De iis quæ interrogavit me (Tit.) Dominus *Jobus Ludolfus* in urbe *Francofurto*:
2 הס הקונם הכח בקרניכו הכל מין לחד כזה המצויר	*Num locuſtæ, quæ in terram noſtram venerunt, ejuſdem fuerint ſpeciei, ac illæ quas depictas habuit penes ſe?*

(s) Plin. *Lib. VIII. c. 29. Sect. 43.* (t) *Neuhof* in deſcript. *Regni Sinar.* p. 377. a (u) Lib. XI. *cap. 29. Sect. 35.* (x) Lib. IV. de Inſect. c. 1. *Tit. Forma, deſcriptio* p. 411. (y) In *Gazophylacio* ſuo Perſico voce *Locuſta.* (z) In *itinerario* ſuo *Tom. I. Lib. II. c. 3.* (a) *Tacitus* Annal. XV. *c. 46.*
(b) Deut. 28, 38. Joel. 1. 4.

על הרוב הוא כך אלא שיש יותר גדולים ויותר קטנים ·

Utplurimum ſunt iſtis ſimiles, dantur tamen [aliquæ] majores, [aliquæ] etiam minores.

כמה גדולים היו ·

Quam magnæ illæ ſint? 3

היותר גדולים שראיתי יהיה ג׳ פעמים גדול מאלו ויש לה שלשה וגות שיניים ·

Maximæ, quas ego vidi, erant tribus vicibus majores iſtis [depictis] (c) habebantq; tria paria dentium.

מה שמם אצלינו ·

Quale nomen habeant apud nos? 4

כיון שלא יש אלא מין אחד על הרוב כולם נקראים ארבה ·

Quia maximam partem unius ſunt ſpeciei, ideo omnes vocantur ארבה locuſtæ.

מי הם האוכלים אותם ·

Quis illas edat? 5

האוכלים אותם הם בני אדם הדיוטים תוגרמים וגם כן איזה יהודים הדיוטים ומבשלים אותם במים ·

Comedentes illas ſunt homines plebeji [*idiotæ*] *Turcæ*, atque etiam nonnulli *Judæi* plebeji, qui eas coquunt in aqua.

כמה פעמים בזמני אכלתי אותם ·

Quot vicibus ætate meâ eas viderim? 6

ב׳ פעמים וזה שתי שנים בא הפעם השלישית ואני לא הייתי שם אלא כתבו לי מירושלים ·

Duabus vicibus. Nunc (autem) duo ſunt anni, quòd tertia vice venerunt Ego quidem tunc ibi non eram, ſcripſerunt tamen mihi Hieroſolymis.

מאיזה מקום באו ·

Unde venerint? 7

לא ידענו הדבר בבירור אבל אנשים ערביים אמרו שבאים דרך המדבר ·

Non novimus id certò, at viri Arabes dixerunt, quod veniſſent viâ deſerti.

באיזה זמן באו ·

Quo tempore venerint? 8

פעם ראשנה שאני ראיתי אותם היה בחרש כסליו בימי חנוכה בצהרים ולעת ערב שתי שעות קודם הלילה היו הולכים וכך היו עושים בכל יום שמנה חדשים אלא שבאזה ימים היו באים הרבה ובאזה ימים מעט ·

Prima vice, quâ ego illas vidi, accidit menſe *Kislev*, tempore feſti חנוכה *Encæniorum* in meridie; tempore veſpertino autem duabus ante noctem horis abibant, idque quotidie octo continuis menſibus faciebant. Verùm nonnullis diebus veniebant plures, nonnullis pauciores.

[Singulare prorſus eſt, quòd tam tardè venerint locuſtæ; nam menſis *Kislev* plerumque medio *Novembris* incipit, ita ut חנוכה *Encænia Judæorum* in medium *Decembris* incidant, adeóque per totam hyemem duraverunt, quod aliàs contra naturam earum eſt. Judæus tamen ſemel atque iterum à me interrogatus id ſerio affirmavit, cauſam addens, quòd ſicca & parùm frigida hyems fuerit.] 9

כמה מינהגים אותם בעיר לו בשעת לשמור אותם לאכול ·

Num eas in aëre vel ſole torreant, ut ad eſum aſſerventur? 10

בברבריה מולחים ומיבשים אותם לשמור אותם אבל כן לא יעשה בארצינו ·

In *Barbaria* ſale eas condiunt, & etiam torrent, ut conſervent. Verùm apud nos id non fit.

מה מיבוש לקח המלכה ·

Quantum ſpatium occupaverint locuſtæ? 11

כשבא היה בחברון וירושלים ושכם ·

Cùm primò venirent, *Hebrone: Hieroſolymis & Sichemi* extiterunt.

כמה גבוה היו על הקרקע ·

Quantâ altitudine jacuerint humi? 12

היו גבוהים ב׳ טפחים ויותר זה על זה ·

Altitudine duorum palmorum & amplius, aliæ ſuper aliis.

מה היזק עשו ·

Quodnam damnum dederint? 13

ההיזק שעשו היו אוכלים כל הירק והתבואה והאילנות אכלו מהם הקליפה עד שכמעט נשארו האילנות לבנים והרבה אילנות נתייבשו ·

Damnum intulerunt, [eo quod] devorarent omnem plantam & proventum [terræ]. De arboribus autem conſumebant corticem, adeò ut fere relinquerentur arbores albæ, [nudæ] plurimæq; arbores exareſcerent.

כמה היו מנהגים אותם ·

Quomodo eas abegerint? 14

היו מכים בשני קערות נחשת זה על זה כדי להשמיע קול והיו ברחים בימים ראשנים אבל אחר כך הורגלו ·

Pulſabant duas ſcutras æneas unam ad alteram, ut earum ſtrepitum audire facerent. Fugiebant quidem primis diebus, at poſtea aſſuefactæ fuerunt.

[Iſtud

(c) Nota hìc *varietatem ſpecierum*, & ſic *manûs longitudinem*, de qua ſupra *cap. 10, 3.* iſtæ æquant.

[Iſtud nobis minimè probabile videtur, quomodo enim aſſueſcerent iſti ſtrepitui, ſi quotidie aliæ & ſubindè aliæ ſuccedant. Primæ quæ abierunt procul dubio ſua ſponte abierunt, licet nullus ſtrepitus factus fuiſſet.]

לתיוה מקום הלכו׃

לא ידענו׃

Quónam (tandem) *abierint?*

Hoc neſcimus.

Porrò narrabat:

והארבה הנזכר היה להם סימן אחד בחזה
על איזה מהם היה חקוק אות חית כזה ח
ועל איזה מהם היה חקוק אות טית כזה
ט ואותם שהיו בהם טית היו נזהרים
מלאוכלם כי היו אומרים שהוא כימן טמא
ואותם שהיה בהם חית היו אוכלים אותם כי
אמרו שהוא כימן שמו חגב והוא מין כשר׃

Cæterùm locuſtis modò memoratis inerant *notæ* quædam in pectore: in nonnullis earum impreſſa quaſi erat litera ח *Cheth*, & in nonnullis quaſi inſculpta erat litera ט *Teth*. Quæ ergo hanc literam ט habebant, ab illarum eſu ſibi cavebant (*Judæi*); dicebant enim, quod eſſet nota vocis טמא i. e. *immundum*: quæ verò habebant notam ח *Cheth*, eas edebant; dicebant enim quod eſſet nota (*ſeu initialis litera*) vocis *Chagab*, quæ una eſſet ex locuſtis mundis.

Iſta planè Judaicè; reliqua dedimus prout accepimus, ſecundùm morem ſcribendi Rabbinicum.

Cæterùm nulla terra locuſtarum eſt feracior quàm *Africa. Cyrenaicam, Libyam,* Cap. 13
Mauritaniam & adjacentes regiones innumeris agminibus frequentant. Stupenda ſunt lectu, quæ de horribili locuſtarum copia in hac orbis parte referuntur. *S. Auguſtinus* (d) ut Paganis oſtenderet, calamitates illorum temporum Chriſtianæ religioni imputandas non eſſe, inter alia quæ ferventiſſimo Deorum cultu contigerint, narrat: *Locuſtarum in Africa multitudinem prodigio ſimilem fuiſſe, cùm jam eſſet Populi Romani provincia. Conſumtis enim fructibus foliisque lignorum* (e) *ingenti atque inæſtimabili nube in mare dicunt eſſe dejectam. Quâ mortuâ, redditâque littoribus, atque hinc aëre corrupto, tantam ortam peſtilentiam dicunt, ut in ſolo regno Maſiniſſæ* OCTINGENTA *hominum millia periiſſe referant, & multo ampliùs in terris littoribus proximis.*

[OCTINGENTA millia habet hîc non ſolùm *Auguſtinus*, ſed & *Julius Obſequens*, *Eutropius* à nonnullis allegatus, atque *Oroſius* in plerisque editionibus; atque ſic omnes, qui illos exſcripſere. At ego OCTOGINTA omnino ſcribendum cenſeo, prout in mea *Oroſii* editione *Coloniæ* 1542. impreſſâ legitur. Nam, ut taceam immanem numerum, (qui multò incredibilior efficitur, ſi multò plures ſecundum *Auguſtinum* in terris littori proximis perierunt) in *Oroſio* meo p. 267. ſic lego: In *Numidiâ* (quam Auguſtinus regnum *Maſiniſſæ* vocat) *in quâ tunc Micipſa Rex erat*, OCTOGINTA *millia hominum: circa oram verò maritimam, quæ maximè Carthaginenſi atque Uticenſi littori adjacet, plusquam* DUCENTA MILLIA *periiſſe traditum eſt.* Hunc numerum *Eutropius* quoque habet; (citante *Ludov. Vive in not. ad Auguſtin.*) *Circa Carthaginem verò*, inquiens, *Ducenta millia &c. extincta ſunt.* Si ergò verum eſt, quod nemo in dubium vocat, circa Carthaginem & Uticam, quæ in ora maritima ſitæ, *ducenta hominum millia* peſte interiiſſe, *octingenta* neceſſariò ſunt corrigenda, aliàs Auguſtini particulæ *multò ampliùs* locum habere nequeunt; id enim numerum minorem præceſſiſſe ſignificat, ut ſimpliciter corrigendum ſit, atque legendum: OCTOGINTA *hominum millia in Numidia peſte interiere, at multò plures* (nempe plusquam DUCENTA MILLIA) *in ora maritimâ.* Verba *Oroſii* quoque nullum alium ſenſum admittunt. Nam adverſativa VERÒ & augendi particula *plusquam* minorem numerum ante ſe requirunt. *Freinshemius in ſupplemento Liviano* autores illos ſecutus retinet quidem numerum *Octingentorum*, ſed aliter ſtylum format, prò adverſativa *verò* conjunctivam *et* ponens, & *plusquam* omittens; ſatis enim intelligebat, αὔξησιν locum habere non poſſe in numero longè minore. ſcilicet emendatio mendæ illi non venerat in mentem. Sphalma oportet eſſe valdè vetuſtum, attamen in numeris frequens & facile, quamvis tot autores illud habeant atque in Mss. ſic reperiatur; nihil enim facilius eſt, quàm ex *Octoginta*, *Octingenta* facere, præſertim ſi fortaſſis olim more ptiſco *Octocinta* vel *Octocenta* ſcriptum fuit, ſicuti pro Magiſtratus *Macęſtratus*, pro ingenuus *incenuus*. Nam *olim familiare fuit marmorariis & notariis* C. *in* G. & E. *in* I. & vice verſa *mutare*, ut *Reineſius* (†) loquitur & exemplis confirmat. Claſſ. 1. Inſcr. 2.

L. 25. c. 19. An. V. C. 629.

(d) *De Civit. Dei* Lib. III. c. 31. (e) *Ebraiſmum* in mente habuit S. Pater; ubi per *Ligna, arbores* intelliguntur. (†) In Syntagm. inſcript. antiqu.

Inscr. 2. pag. 4. & in Indic. cap. 19. Idem in libris olim factitatum credibile est. Conf. quæ in casu simili in *Commentar. nostr. ad Histor. Æthiop. Lib. 1. c. 15. num. CXI* §. 16. tradidimus.]

In *Guinea*, privatim in regione *Insoko* referente *Dappero* (f) communissima hæc 11
est plaga. Retulit mihi Vir Nobilis. amicus meus singularis, (g) qui cum *Ruytero Hollandicæ Classis Præfecto* haud procul littore Africano navigaverat: *locustas vento in mare detrusas, aërem & naves compleviss e.*

Cap. 14. Non hîc singulis seculis, sed singulis annis uberrimè proveniunt, ut nisi vicibus 1
servatis, alias atque alias regiones invaderent, inhabitabiles prorsus illas redderent; quia non in unum tantùm annum nocent; herbas enim omnes radicitus exedunt, & cortices arborum ita arrodunt, ut scapi nudi & rami albi passim conspiciantur; quod etiam Judæus supra retulit. (h) Non sine commiseratione legerit aliquis, quæ *Alva-* 2
c. 3. *rezius* de incredibili locustarum multitudine, & exitiali illarum damno in *Habessiniæ* narrat. Etenim *Lusitani* cum Legato Regis sui per illas regiones profecti, quinque di- 3
erum itinere nec culmum nec folium ullum repererunt, ut jumentis eorum fame per-
c. 34. cundum fuisset, nisi præmoniti pabulum secum tulissent In latitudine volatus *octo leucas Lusitanicas*, quæ propè à Germanicis absunt, tunc compleverant, audiebantur passim lamenta virorum, ejulatus fœminarum & puerorum fletus, qui omnes cum pecudibus suis alias sedes desperabundi quærebant. Vidisses ibi vias repletas hominum & jumentorum cadaveribus, quæ cibi & pabuli inopia interierant. (i)

Hîc demum atrocitas istius plagæ intellecta fuit, ipsâ *peste* exitiosior; hæc 4
enim, quod jure mireris, (si vera sunt, quæ peregrinatores Indici mihi retulerunt) *æquinoctialem circulum* non transit: *Locustarum* verò pestis etiam hunc transvolat. Etenim *Madagascar*, insula ingens vulgo *S. Laurentii* dicta, hac calamitate laborat. *Tot orbis partibus vagatur hoc malum, Plinius* inquit. (k) Imò, si septentrionales partes excipias, totum pervagatur orbem, non veterem tantùm sed & novum. In *America* enim dari ex relationibus in Commentario nostro exhibitis constat. (l)

Cap. 15. Nec continentem duntaxat terram, sed insulas quoque in diversis maribus sitas 1
appetunt. *Tayovvanam* atque *Formosam* maris Eôi insulas, *Madagascarem* ad Orientem Africæ sitam, quam modò nominavimus. In *Hispaniola* insula Americana dari ex Cadamusto *Aldrovandus* refert. (m) *Cyprus* hanc cladem multoties graviter experta est. Cum Christiani *Hierosolyma* potirentur *Friderici* II. Imperatoris tempore, *Hugone* II. 2
regnante, miserrimè à locustis vastata fuit. Famem atque pestem exinde secutam Geographus Italus (n) his verbis tradit:

Le felicità del Re (Ugo secondo) *furono convertite in lutto dalla peste e dalla fame, causata da un inundatione di* Cavallette, *che devorati tutti i raccolti in herba, e rimanendo senza cibo, corrupero la terra e infettarono l'aria:*

Felicitatem Regis illius in luctum conversam fuisse, ob inundationem locustarum, quæ frugibus omnibus absumtis corruperint terram fame, & infecerint aërem peste.

Insulam hanc locustis obnoxiam esse, cum exitio hortorum atq; agrorum etiam 3
Tavernierius scribit. (o) Sed aquilonibus sublatæ in pelagus præcipitantur, grata fortassis & piscibus pastione. Insulas maris Ægæi, *Lemnum* &c. quas crebrò depopulantur, referre supersedemus, ad propiora & recentiora exempla festinantes.

Cap. 16. Europa nostra, quantò regionibus australibus propior, tantò isti calamitati obno- 1
xior. *Italiam ex Africâ maximè coortæ infestant*, Plinius ait (p). *Hungaria* & *Polonia* vicinitatem Asiæ hâc plagâ sæpius luunt. Eandem experiuntur & cætera regna, si septentrionalia excipias. Nec *Russia* locustarum expers manet, in regionibus, ut puto, australibus. Sed veteribus atque vulgatis exemplis lectores morari nolumus. Notabiliora 2
tantùm

(f) In descriptione *Africæ* p. m. 459. Confer. *pag.* 317. & 679. (g) Is est *Dn. Mortagne de Roussillon*, itineribus atque legationibus gestis clarus. (h) Confer quæ *supra* diximus cap. 12, 13. (i) Plura vide in *Comment. nostro* pag. 174. (k) Lib. XI. c. 29. Sect. 35. (l) Lib. 1. num 96. §. 55. *Scaliger* Exerc. 192. perstringit *Cardanum*, qui de subtil. Lib. IX. p. m. 505. dixerat: *Africam fermè solam hac peste laborare.* (m) Lib. IV. *de Insect.* p. m. 164. b. (n) Francisc. Piacenza in suo *L'Egeo redivivo, ò sia Chorographia dell' Arcipelago.* Tit. *Cipro. pag.* 650. (o) *In itinerario Persico*, Lib. II. c. 6. §. *L'air de Cypre &c.* (p) d. *Lib. XI. Sect.* 35.

tantummodò quæ ſeſe nobis obtulere, referemus. Epiſcopatum *Tridentinum* An. 592. locuſtas invaſiſſe atque anno ſequente rediiſſe (quod mirum) *Paulus Diaconus* memorat. Sed nulla atrocior locuſtarum invaſio legitur, quàm quæ Anno Chriſti DCCC LXXIII. per Italiam & Germaniam in Galliam usque penetravit. Quæ quò ratior in hoc climate, eo memorabilior eſt. Antiquiſſimi autoris (q) verba ex-
3 ſcribemus, quæ quò ſimpliciora, eò veritati propiora nobis videntur: *Eodem anno*, ait, *facta eſt fames valida per univerſam Italiam atque Germaniam, & multi inedia conſumpti ſunt. Tempore verò novarum frugum novi generis plaga, & prima in gente Francorum viſa, Germanicum populum, peccatis exigentibus, non mediocriter afflixit. Nam vermes quaſi locuſtæ*, quatuor pennis volantes, *& ſex pedes habentes, ab oriente venerunt, & univerſam ſuperficiem terræ* inſtar nivis *operuerunt, cunctaq; in agris & in pratis viridia devaſtabant.*
4 *Erant autem ore lato & extenſo inteſtino, duosq; habebant dentes lapide duriores, quibus tenaciſſimos arborum cortices corrodere valebant. Longitudo & groſſitudo illarum quaſi pollex viri: tantæq; erant multitudinis, ut* una horâ *diei* centum jugera *frugum prope urbem Moguntiam conſumerent. Quando autem volabant, ita totum aërem per* unius millia-
rii ſpatium *velabant, ut ſplendor ſolis infra poſitis vix appareret.*

Eadem pluribus circumſtantiis refert *Regino*, (r) inter alia ſcribens: Duces *cum*
5 *paucis exercitum* itinere unius diei *præibant, quaſi loca apta multitudini proviſuri. Circa horam nonam, ubi* Duces *pridie venerant, incidebant, nec à loco occupato movebantur, quousque ſol ſuum repræſentaret ortum, &c. Spatium diurni itineris* quatuor aut quinq; milliaribus *extendebatur, pervenerunt autem usque ad mare Britannicum, &c. in quo, Deo volente, violento ventorum flatu impulſæ atque demerſæ ſunt.* Fallitur in eo, quod *ſena alarum remigia* habuiſſe ſcribat, ut mox dicemus. Sed audiamus *And. Brunnerum*, qui Cap. 17.
1 ſtylo elegantiori eandem hiſtoriam enarrat: *Annonam hujus anni fœda locuſtarum inundatio depaſta eſt, ex* Oriente *terris infuſa. Dira illis ſpecies, neque ante viſa,* ſenis alis

[*Senæ alæ* locuſtis hîc tribuuntur, quod mihi in tot autoribus, qui ex profeſſo de *locuſtis* & *inſectis volatilibus* ſcribunt, nuſpiam lectum. Δίπτερα & τετράπτερα ἔντομα *Philoſophus* (s) novit, ἑξάπτερα & ille & *Plinius* (t) ignorant. *Aldrovandus, Jonſtonus, Bochartus*, & ab his allegati autores alii, Judæi atque Arabes, *Marcellus Virgilius in Dioſcoridem*, qui omnes locuſtas deditâ operâ phyſicè deſcribunt, *quatuor* tantùm *alarum* meminerunt; adhæc vetus ille autor manifeſtè *quatuor* tantùm *pennas* (ſic rectè etiam à Plinio vocantur *alæ inſectorum*) habet; ut non dubitem, primum exſcriptorem pro IV. feciſſe VI.]

totidemque pedibus latam ignavamque alvum trahebant, mole corporis virilis modum pollicis æquantes, ore vaſto & gingivis ſilicum duritiem ſuperantibus, ut non modò ſata teneraſque frondes abraderent, ſed arbores etiam corticibus nudarent. Catervatim volabant, tam den-
2 *ſo agmine*, ut ad milliaris integri *ſpatium ſolum cælumq; abſconderent. Itinera illis velut ex lege militiæ dimenſa*, quinque milliaria *quotidie ab iis conficiebantur: neque locum caſtris temerè capiebant*, ſed exploratoribus *pridie præmiſſis, quos peſtilens legio ſub ſolis ortum ſequebatur. Tanta illis ingluvies, ut* centum agri jugera *gulæ vix ad horam ſufficerent. Nul-*
3 *la tempeſtas ſegetes unquam pejus accepit; nihil falci relictum eſt. Sic graſſando & omnem agrorum elegantiam deterendo ad* mare Britannicum *delatæ, velut munere ſuo functæ, ventorum vi in aquas diffatæ ſunt; ſed tunc quoque æſtu maris in littus effuſæ, & montium inſtar exaggeratæ, cum calore ſolutæ putreſcerent, aërem latè vitiarunt, ita orbi mala duo extrema* famem *vivæ*, peſtem *mortuæ invexerunt.*

Eædem procul dubio fuerunt, quas in Germania *Aventinus* (u) memorat, non Cap. 18.
1 ſuo, ſed *Plinii* ſtylo uſus; ejus enim verba, illo non nominato, ſimpliciter exſcribit, ejusque deſcriptione locuſtarum generali pro hiſtoria illorum temporum utitur. In
2 *opere Germanico*, quod ipſe concinnaſſe dicitur, non verſionem ſed alium tractatum nobis repræſentat, inſipido ſtylo hanc hiſtoriam recenſens: (x) Es kamen die groſſen

B Heu-

(q) Incertus is eſt; *Monachus* puto, ut ferè Scriptores illorum temporum. *Annales Francorum* compoſuit ab An. 714. usque ad annum 883. Reperitur inter autores è Biblioth. P. *Pithœi* editos. (r) In *annalibus* ſuis Lib. II. p. m. 420. (s) Ariſtot. *Hiſt. Anim.* I. 6. in Scal. ſect. 30. & IV. 6. Sect. 222. hinc τετραπτέρυγα *Quadripennes* Ariſtophani in *Acharn.* vocantur. (t) Lib. XI. c. 28. *Sect.* 23. (u) In annal. Bojorum *Lib.* IV. *pag.* 262. (x) Tit. *de prodigiis*. groſſe Wunderwercke *pag.* 606.

Heuschrecken/frassen alles Graß ab/flogen mit Heereskrafft in den Lüfften daherein/ fünff Meilen verderbten sie auff einen Tag/dafür halff kein retten/ flogen darnach in den Lüfften und Wolcken weiter/flogen hauffenweiß/ floge ein Hauff nach dem andern. Man hielte grosse procession und Creutzgänge wider sie/ man gieng mit dem Heiligthum umb die Stadt/umb das Korn/umb das Feld/aber 3
es wolte nichts helffen. Zuletzt truge sie ein starcker Wind an die offene See/ ertruncken/trugens die Fluth wieder an das Land/ward ein grosser Gestanck/ kam ein groß Sterben/hernach theuere Zeit und Hunger. Peculiare hoc habet: *Pompas sa-* 4
cras cum reliquiis cruce præcedente per campos & agros ambulantes nihil profuisse. Reliqua conveniunt cum iis quæ supra retulimus. Hinc constat eandem ubique locu- 5
starum naturam & indolem esse, nec differre nisi multitudine & regionum longinquitate. Præcursores in prima relatione *Duces* vocantur, in secunda Brunneri *explora-*
tores. At certum *Ducem* vel *Regem* locustæ non habent, ut Regum sapientissimus
Prov.30,27 loquitur. Intelliguntur autem pridianæ illæ, quæ tanquam præcursores capiendo 6
castrorum loco præcesserunt, ut supra docuimus. Id demum maximè mirandum, 7
L.XI.29. cùm *Plinius* scribat & experientia testetur, quod *immensos tractus permeent, & longin-*
Sect. 35. *qua maria transeant*, quî fiat, quòd aliquoties vento impulsæ in mari demersæ legan-
d. l. tur, cùm tamen illud transvolare potuissent. Ipse *Plinius* scribit: *Gregatim sublatæ*
vento in maria aut stagna decidunt. Nobis nulla alia succurrit ratio, nisi à temporum 8
distinctione. Advenientes, dum alacres adhuc sunt & leves, longinquos istos volatus peragere possunt; abeuntes verò pabulo graves, nec non plures gravidæ & diuturno volatu fatiscentes, ventis in maria vel stagna præcipitantur. Nisi fortassis diffe- 9
rentia ventorum id efficiat, ut leni & purâ aurâ vectæ trans maria veniant: procelloso verò & pluvioso vento alisque madefactis in illa dejiciantur, scilicet providum Numen, sicuti illis aditum trans mare mirabiliter concessit: ita exitum, expletâ, ob quam venerant, peccatorum ultione, in mari dedit; ut non malè Brunnerus supra citatus
Cap.19. scribat; *quòd veluti munere suo functæ ventorum vi in aquas delatæ fuerint.* Non minor 1
strages in *Europa* nostra contigit An.1337.al.38. ubi horrenda locustarum multitudo *integro triennio, Poloniam, Austriam, Bohemiam,* & inde totam *Germaniam* vexavit. Historiam istarum ex *Aventino* exscribemus: (y) *Locustarum tum ingens vis ab* Orientis 2
ora erupit, senas alas habebant, (z) *dentibus gemmarum in morem nitentibus armatæ erant. Nubium more solis conspectum auferebant, longitudine* quinque ac triginta millia passuum, *latitudine* decem *occupabant. Acie instructa aëra sulcabant, in terra castra metaban-* 3
tur. Antecursores itinere unius diei *locum aptum castris occupaturi, legiones attinebant, quæ in cohortes distributæ cum ortu solis proficiscebantur. Nona demum super tellure sedebant, ubi annona deficiebat, aliò migrabant. Hyemis frigore coactæ, latebris, æstate reditura, se condebant. Quartò demum anno Ciconiarum, Graculorum,* (sic corrige) *Cornicum,* 4
Monedularum & hujuscemodi volucrium agmina illas devorarunt. Herbas, arborum frondes, segetes, fœnum (malè pro *gramine*) *per universam, quà longè latè porrigitur, Germaniam* tres æstates *depastæ sunt.* Remedia contra hanc pestem primò frustra adhibita reperies infra cap. 31.

[De *Aventino* necesse habemus hîc monere, Chronicon Germanicum *Francofurti* 5
An. 1622. editum in multis planè differre ab opere Latino *Cisneri* curâ edito, cui tituIus *Annales Bojorum*; ut cuilibet conferenti liquebit. Aves, quæ locustas absumse- 6
runt, Germanicè redduntur: Storcken/Hätzen/Tulen/Ruchen und Krähen. *Graculos*, secundum vulgatam, sed falsam Lexicographorum expositionem, putavit esse Hätzen/i. e. Häher/*Garrulos* secundum *Gesnerum*; cùm tamen *Graculus* sit Κορακίας, avis corvo similis, cujus Synonymum *Monedula*, Tule/nobis Dole vel Käke. Gallis *Choucas.* Ruch avis est ex genere *cornicum* rostro albicante; cætera nigra; Σπερμολογον *Seminilegam*, seu *Granivoram* Gesnerus cum Wottono esse putat. *Cervorum* 7
oblitus est Aventinus, quos cum *vulturibus* Calvisius addit, in opere Chronol. ad An. Chr. 1338. sed quadrupedem avibus miscet; *Ictes* enim, ἴκτιδες Græcis, *Viverra* sunt vel *Furones*, non aves.]

(y) Annal. Boj. L. VII. *d. an. 1337. pag. 477.* (z) Hic rursus *sena ala* locustis falsò tribuuntur. Plures hinc colligo Aventinum veterem illam relationem cum hac nova commiscuisse.

8 Plures circumſtantias alii (a) addunt, nempe quod *Carolus Moraviæ Marggravius*, Regis Bohemię filius, ſpatio longitudinis locuſtarum explorando, equitem miſerit, qui uno die finem illarum aſſequi non potuit. Scilicet, ſecundum Aventinum ultra *octo*
9 *milliaria* porrigebantur: in latitudine *duo cum dimidio* occupaverant. *Bonfinius* à Sirmio (b) in *Pannoniam* veniſſe, & vineis præter omnem opinionem peperciſſe ſcribit. 5,3.c.
Tertio anno *Poloniam*, *Auſtriam*, & *Bohemiam* invaſiſſe, & bipartitò diviſas in *Italiam* & *Gallias* effuſas fuiſſe.

10 [Dubio maximo relatio hæc laborat; inſolitum enim & inauditum prorſus eſt, quod locuſtæ *tres annos* in Europa duraverint, & quarto demum extinctæ fuerint; hyeme latentes, & æſtate rurſus erumpentes, id enim planè contra naturam earum eſt: & vix in auſtralibus regionibus contingit; conſumtis enim omnibus plantis & frugibus, undénam viverent? Nam *autumni* tempore parere, & deinde interire Ariſtoteles (c) & ex eo *Plinius* (d) ſcribit, idque experientia omnium regionum confirmat. In ipſa Africa vices ſervant, nec in easdem regiones quotannis redeunt.] ſup. c. 14.

Seculum iſtud *decimum quartum* locuſtarum fertiliſſimum fuit. Redierunt enim Cap. 20.
1 locuſtæ in Europam Anno 1353. & anno eiusdem Seculi ſexageſimo quinto; ita ut etiam excelſas & frigidas Alpes transvolarent, atque campeſtria *Helvetiæ* occuparent.

2 At quæ ſequentis ſeculi Anno ſeptuageſimo quinto apparuerunt, earum capita nobis mirè deſcribuntur; ideò verba ipſa autoris *Paralipomenon ad Chron. Abbatis Vrsbergenſis* exſcribemus. *Anno eodem 1475. menſe Auguſto*, ait, *locuſtæ ad longitudinem unius digiti humani, capita inſtar veſpertilionum habentes, apparuerunt, quæ ex* Pan-
3 noniis *per* Moraviam & Sileſiam *prodiiſſe ferebantur. Longitudo congregationis earum* trium milliarium, *& latitudo* unius cum medio milliari. *Volabant ordinatis aciebus. Loca frugum & arborum, in quas cadebant, devorabant, nil præter terram & ſimum ſordidum relinquentes: denſitatem earum vix ſol penetrare potuit.*

4 Recentiora exempla in hiſtoriis paſſim obvia ſunt; quomodo ſcilicet ſuperiore ſeculo in annis 1535. 41. & 42. *Valachiam* atque *Poloniam* pervagatæ ſint, atque exinde *Moraviam*, *Sileſiam*, atque *Miſniam* invaſerint.

5 Sed locuſtarum irruptio quæ anno quadrageſimo ſeptimo illius ſeculi menſe Julio in Comitatu Tirolenſi contigit, maximè notabilis eſt, ob ſingulares quasdam circumſtantias alibi vix obſervatas. Trademus eam eâdem ſimplicitate quâ de-
6 ſcripta & impreſſa reperitur Oeniponte eodem anno: Es ſeynd ihrer (der Heuſchrecken) alſo viel der fliegenden / daß ſie den Sonnenſchein bedeckt haben; Und der kriechenden ſeynd alſo viel / daß man das Erdreich nicht ſiehet / und dieſelben zeigen ſich alſo auß wie ihr ſehet. (picturam adjectam hîc intelligit) Und hat man die auff der Erden gefangen / und Bürger und Bauern auffgebotten im gantzen Lande / daß man ſie fahe / und das hat gewähret drey Wochen / und haben alle Tag gefangen
7 zweytauſend Sechſter voll / das iſt ſo viel als tauſend Malter / und auff einer viertel Meil Wegs ſind geweſen dreyhundert Perſonen / ſo Weiber / ſo Männer / und ein jeglich hundert Perſonen haben alſo viel gefangen wie obgeſchrieben / und das hat alle
8 Tag drey Wochen lang gewährt. Gott der HErr wolle uns gnädig und barmhertzig ſeyn / dann es gehet itzo in der Welt zu / als bey König Pharaonis Zeiten. Auch wiſſet / daß ſie ſo gewaltig zu Inſpruck über die Brücke kommen ſeynd / als ein Kriegsvolck gezogen / und mit der Gewalt hinein gewolt haben / da hat die Obrigkeit der Bürgerſchafft gebotten / daß ſie für der Stadt mit Kehrbeſennen Wehr gethan haben / und in das Waſſer gekehrt / und haben alſo viel abgekehret in das Waſſer / daß ſie das Waſſer bedeckt haben / ꝛc. und das haben ſie auch drey Wo-
9 chen getrieben auff der Brücken. (e) Notatu dignum hîc eſt, quòd præter locuſtas volantes innumeras ingens multitudo humi repentium adfuerit, quæ alis ca-
10 ruerunt. Tales ſimul cum volatilibus dari etiam ex Alvarezii itinerario Æthiopico c. 33. al. 34

(a) Calviſius *ſupra d. loco*, qui parum accuratè hanc hiſtoriam tradit, & *Sigmund* von Bircken / Spiegel der Ehren deß Hauſes Oeſterreich. *Ad. An.* 1335. usque 38. pag. 15. (b) Sirmienſis Comitatus eſt in *Hungaria inferiore*. (c) *Hiſtor. Animal.* L. V. c. 23. (d) *Lib. XI. c. 29. Sect. 35.* (e) Relationem iſtam debemus W. E. *Tentzelio* Philologo & hiſtorico eximio, qui eam impreſſam cum depictis loculis poſſidet.

diſcimus,qui poſtquam deſcripſit volatiles, ſubjungit: *multitudinem* ϓ ἀπτέρων *fuiſſe incredibilem.* Attelabi à nonnullis vocantur locuſtarum minimæ ſine pennis, *Plinius* ait: Lib. 29. c. 4 ſect. 29. Eodem modo Heſychius Ἀττέλεβος· ἀκρὶς μικρά. Æthiopes pro fœtu majorũ parvas iſtas habent: (f) alii ſecundum Ariſtotelem ſpeciem ſeparatam eſſe prædicant. Nemo docet, ſiquidem pennis deſtituuntur,unde veniant vel ubi generentur in tanta copia. Mirum verò eſt,attelabos iſtos urbem verſus profectos, ut de ponte & ripa fluminis ſcopis in profluentem deverri potuerint. Turmatim atque per intervalla tribus illis hebdomadibus ventitaſſe crediderim,cùm alioquin copia illarum omnem fidem excedat. 11

Porrò notandum bis mille ſextarios ſeu mille medimnos (menſura eſt illius loci maxima,ut videtur) locuſtarum,juſſu Magiſtratus à civibus & ruſticis quotidie collectos & impletos fuiſſe. Id apprimè faciet pro nova noſtra ſententia,cùm ad collectionem & menſurationem ϓ שלוים *Selavarum* in deſerto venerimus. Denique ſciendum,depictas ſimul cum relatione illa repertas fuiſſe illas locuſtas, quæ noſtris ſimillimæ fuerunt,ut ovum ovo ſimilius eſſe non poſſit. Cæterum quæ hoc ſeculo in *Hungaria* ac *Polonia* & adjacentibus regionibus, inprimis in *Sileſia*, An. 1674. contigerunt,referre ſuperſedemus, utpote nihil peculiare continentia. 12 13

Cap. 21. COgnitâ jam funeſti hujus inſecti hiſtoriâ, *de ortu locuſtarum*, earumque *diverſis ſpeciebus* diſquirere, nec non remedia contra illas adhiberi ſolita referre,inſtituti noſtri ratio poſcere videtur. 1

Fuere qui crederent nuperas illas, quas initio memoravimus, è deſertis *Podoliæ* campis,quos Poloni **Dzikie Pole** *feros campos* vocant,emerſiſſe; quòd paludes illorum locorum varia muſcarum & culicum genera producere ſoleant. Id verò nobis minimè probabile videtur; quia in arenoſis *Arabiæ* & *Æthiopiæ* deſertis gignuL. 11. 29. ſect. 35. tur, nec alibi major earum proventus,ut *Plinii* verbis utar,experientiâ teſte. Incredibile igitur non eſt,illas procul ex deſertis Aſiæ venire,ubi ova earum, ſolis vapore excluſa,vitam accipiunt. Nec longinquitate itinerum retardantur; quia, teſte Plid. l. nio,*immenſos tractus permeant.* 2 3

Aridam autem & calidam oportet eſſe tellurem, ut locuſtæ procreentur. *Etenim pariunt in terram* (ut *Plinius loquitur*) *ova condenſa autumni tempore. Ea durant hyeme* 4

[Apud *Ariſtotelem Hiſt. animal.* Lib. V. c. 23. à *Jul. Cæſare Scaligero* editum p. 622. legitur: Τίκτουσι δὲ λήγοντος ϓ ἔαρος. *Pariunt affecto vere*, ut Scaliger expoſuit. Quod ſtare non poteſt, quia mox ſequitur ϗ τεκεῖσαι ἀποθνήσκουσιν ἅμα & *poſtquam pepererunt,intereunt ſimul*; & paulo poſt ἐκδύνουσι δὲ ἐκ τ῀ γῆς ϓ ἔαρος &c. διαμένει δὲ τὰ ᾠὰ τ῀ χειμῶνα ἐν τῇ γῇ hoc eſt: *Prorepunt è terra vere* &c. *permanent autem ova hyeme in terra.* Quæ planè contrariantur antecedentibus, itaque omnino ſcribendum: λήγοντος ϓ θέρους i. e. *exeunte æſtate*, prout aliæ editiones, & noviſſima Pariſienſis rectè habet, & res ipſa poſtulat; idque in Scaligero inſigne eſt παράραμμα. *Aldrovandus* obſervavit quidem,ſed *Plinium* cum Ariſtotele non conciliavit,nec mendoſam lectionem animadvertit.] 5 6

ſub terra. Subſequente anno exitu veris emittunt parvas nigrantes & ſine cruribus penniſq; reptantes. Alii duplicem earum fœtum, geminum exitium tradunt. Vergiliarum exortu parere, deinde ad Canis ortum obire, & alias renaſci. Hæc diſſerit *Plinius*, non digerit. Vana enim ſunt quæ de *duplici fœtu ac gemino exitio* ex aliorum relatione tradit. 7

Cap. 22. Id autem conſtans atque certum eſt, quod Plinius primò dixerat: *locuſtas autumni tempore ova parere, quæ ſubſequente anno exitu veris viviſcant.* (g) Hinc quoque eſt,quòd autumnalibus & vernalibus pluviis intereant, ſicca vero tempeſtate plurimùm augeſcant. Si verum eſt, quòd aliqui microſcopiis ſuis obſervaverunt, *ſeptuaginta & amplius ovula in una locuſta numerata fuiſſe*, utique miranda non erit infanda funeſti iſtius inſecti fœcunditas, ut rectiſſime Bochartus dicat: *Nullum animal locuſtâ fœcundius.* (h) Modum coëundi & gignendi hîc ſubtilius non rimabimur, ſed Phyſicis relinquemus, qui eum ex Ariſtotele, (i) aliisque talium inſpectoribus petere poſſunt. Nobis 1 2 3

(f) Vide quæ de vocabulo hoc notavimus ſupra cap. 9. 3. lit. q. (g) Secundùm *Ariſtotelem* & *Plinium* locis citatis. (h) Hieroz. *P.* II. *Lib.* IV. *c.* 1. *p.* 442. (i) Hiſt. Anim. Lib. V. c. 23. in Scalig. edit. §. 271.

Nobis ſufficiant ea quæ de inſecti hujus natura & indole huic operi paſſim inſperſa retulimus, & porrò referemus.

4 Quandoquidem verò locuſtæ omnium autorum teſtimonio *ovi*paræ ſunt, mirum planè videtur, quòd Tavernierius aliquas viviparas faciat. Sic enim diſertè ſcribit: (k)

I'eus un jour la curioſité d'ouvrir le ventre à une de ces Sauterelles, longue de ſix pouces, & j'y en trouvé dix-ſept petites, qui remuoient touttes, d'ou l'on peut juger comme cet inſecte multiplie, particulierement dans les pais chauds.

Id eſt: Aperui aliquando ventrem talis locuſtæ ſex pollices longæ, in qua deprehendi ſeptendecim parvas, ſeſe moventes. Hinc colligi poteſt quantum multiplicetur inſectum hoc, maximè in calidioribus regionibus.

5 Idque lib. IV. cap. 3. §. *Sur les frontieres* &c. repetit. Peculiarem ſpeciem & quidem grandiſſimam fuiſſe oportet ſemipedis longitudine, quam *Ariſtoteles* & *Plinius* ignoraverunt.

1 Profectò plurimæ infauſti iſtius inſecti ſpecies dantur. Non morabimur lecto- Cap. 23.
res noſtros fabulis Talmudiſtarum, qui *octingenta* (fortaſſis legendum *Octoginta*) *genera locuſtarum mundarum cum Iſraelitis Babylonem migraſſe* ſcribunt *Hieroſ. Taanith fol. 69. 2.* Differunt tamen inter ſeſe cùm colore tùm magnitudine, & formâ aliisque notis ſpecificis, quas infra ex Marcello Virgilio afferemus. *Aldrovandus* in quatuor tabulis *triginta octo* (l) *locuſtarum figuras*, plerasq; taras & aſpectu mirabiles, additis tribus ſuper-
2 numeratiis, nobis repræſentat. *Bochartus* novem differentes in ſacris literis reperit 1. ארבה *Arbeh* 2. גוב *Gob* 3. גזם *Gazam* 4. חגב *Chagabh* 5. חסיל *Chaſîl* 6. חרגול *Chargol.* 7. ילק *Ielek* 8. סלעם *Solam* 9. צלצל *Tzelzel.* Decimam Rabbini addunt חנמל *Chanamal*, quæ non locuſtam, ſed *pruinam* ſecundùm Bochartum denotat. Ex his quatuor tantùm, tanquam principales à Moſe nominantur, nempe ארבה *Arbeh* (quæ vox locuſtam tam in genere, quàm in ſpecie ſignificat) סלעם *Solam* חרגול
3 *Chargol* & חגב *Chagabh.* Quæ alias ſpecialiores, tametſi non nominatas, ſub ſe comprehendunt, id enim vocabula למינו vel למינרו *cum ſpecie ſua* inuunt. Quonam verò referendæ ſint *Gob, Gazam, Chaſîl, Tzelzel* & *Ielek*, Judæi ipſi ignorant.

4 Ingenui inter illos id liberè fatentur. Commentator Talmudis (allegante *Bocharto*) R. *Salomo* cum ad locuſtas Levitici veniret, בקיאין בהם אין אנו ait *Nos non ſumus exercitati in iſtis*; & mox אין אנו יודעין להבדיל ביניהן *Non novimus nos diſtinctionem facere inter eas* ſc. Locuſtas. Nihilominus tanquam benè ſcirent, eas deſcribere, earumque differentias oſtendere ſatagunt, obſcurum per æquè obſcurum ex-
5 plicantes. Etenim *in Tractatu Talmudico* חולין *Chulin cap. 3. fol. 65. b.* ſpecies varias nominant, & ſub ſua genera referre conantur; verùm nominibus tam peregrinis & ignotis, nec non ſtylo tam conciſo & obſcuro, ut tametſi verba intelligas, mentem non
6 aſſequaris. Hinc Bochartus rectiſſimè ſcribit: *poſt multas ambages eò rem redire*, quòd *Chargol* habeat *gibbum* & *caudam*, *Arbeh*, neutrum: *Solam*, *gibbum* ſed non *caudam*: de-

[Verba *Talmudis* dict. fol. in fine ſunt חרגול דיש לו גבחת ודיש לו זנב *Chargol cui eſt gibbus & etiam cauda.*]

7 nique *Chagabh caudam* ſine *gibbo.* Secundùm hæc ארבה *Arbeh* erit noſtra locuſta vulgaris, quæ pennis ſuis tecta neque *caudam* neque *gibbum* habet; חרגול *Chargol* verò locuſta Africana promontorii bonæ ſpei, ibi *Garam* dicta, quæ *gibbum* & *caudam* habet. Id ſolùm obſtat, quòd alis deſtituatur, & ſic munda eſſe non poſſit; Locuſtæ enim Moſaicæ omnes ſunt volatiles. Figuram quam hîc delineari curavimus, debemus Viro omni laude digniſſimo *Nicolao* Witſen / *Conſulari Amſtelodamenſi*, amico noſtro ſingulari, cui pictura ſequens ex nova dicti Promontorii urbe, quam vulgo de Caep vocant, miſſa fuit:

(k) In itinerar. Lib. II. c. 3. §. *Il ne faut pas.* (l) Haud diſtinctè ſatis res ſuas tractat autor iſte aliàs impigerrimus. Nam in prima tabula unam eandemque *locuſtam* primò *clauſis*, deinde *expanſis alis* dupliciter depinxit, & tamen 1. 2. notavit. In deſcriptione tertio loco minimam pinxit locuſtam, quaſi duæ præceſſiſſent.

LOCUSTA PROMONTORII BONÆ SPEI
dicta Garam.



At vocabula ista Hebraica ignota in vernaculis linguis retinere præstat, quàm 8
pravè exponere, prout fecerunt *Tremellius* & *Iunius*, qui inconsideratè admodum *bombycem & cantharum* admiscuerunt, cum non sint è genere locustarum, nec unquam ullis mortalibus esui fuerint.

[Incredibile enim & in odium Germanorum confictum videtur, quod *Cardanus* scribit. Qui cùm dixisset *naturæ rerum imperitos mirari & multa perperam fabulari, ne dicant, S. Joannem Baptistam locustis in deserto victitâsse*, subjungit: *Cùm* [tamen] *Germani quidam milites* bombyces *nostros in serici spem nutritos, in tanta etiam rerum copia, deliciarum causa frixos ederint, idque jure: nam quæ innoxia sunt & sapore & odore tetro carent, sola opinione constant.* Quis enim credat, in erucis domesticis delicias quæsiviſſe Germanos, quos paulò post abominari ait *ranas*, quas Itali edant, similes *bufonibus*, & ipsâ specie horribiles, ob similitudinem etiam periculosas. Cur non etiam voraviſſent *erucas hortenses?*] 9

Ad hæc *bombyx multipes* quamdiu bombyx est, volare non potest, & tamen hîc 10
tantùm de quadrupedibus volatilibus agitur, & quidem talibus, *quæ præter pedes etiam crura habent ad saliendum.* Quæ cum *Bochartus* graviter & meritò perstringat, d.l.p.451.
nos actum agere nolumus.

Cap. 24. Lev. 11, 21. [Id tantùm pluribus prosequi necesse habemus, quod voculam לא *Non*, in vulgatis Judæorum codicibus mendosè pro לו *ei* (scil. *est* seu *habet*) positam *Tremell.* & *Junius* æquè ac *Seb. Castalio* in sua Latina versione: nec non noster *Germanicus interpres* planè absre, contra sensum ipsamque Sacri scriptoris mentem prorsus superstitiosè retinuerint; *Quod non habet*, reddentes. Cùm tamen Masorethæ satis clarè doceant, & hîc & in aliis quatuordecim locis pro לא *Non*, לו *ei* legendum, (vel si mavis) corrigendum esse, ut denotet *Volatile: cui est*, vel *quod habet.* Id enim & sensus & constructio textus indubiè poscit. Nam versu 20. disertis verbis dicitur: כל שרץ העוף ההלך על ארבע שקץ הוא לכם *Omne reptile volatile quod ambulat super quatuor* [pedibus] *abominabile vobis erit.* Versu sequente 21. sequitur particula adversativa אך, *ast, at*, quæ exceptionem infert אך את זה תאכלו מכל שרץ העוף ההלך על ארבע *Veruntamen istud comedetis ex omni reptili volatili, quod ambulat super quatuor* (pedibus). Jam sequitur differentia à præcedente versu אשר לא [lege לו] כרעים ממעל לרגליו לנתר בהן על הארץ *cui* [*sunt*] *crura supra* (vel ultra) *pedes* ad *saliendum* [in] *illis super terram.* Si verò reddere velis, *cui non sunt crura*, nulla erit exceptio, sed manebit unum & idem quod antea dictum est. Ut taceamus *negativam nihil ponere in esse*, ut Philosophi loquuntur. Vana itaque evaderet descriptio ab eo quod alicui rei deest. Imò אשר לא כרעים si legatur 1 2 3 4 5

prout

prout ſcriptum eſt, ne quidem Grammaticè reddi poteſt: *Quod non* [habet] *duo crura.* Quoniam verbum *habet* Hebræi non habent, nec talis ellipſis in ſacris unquam occurrit. Quin potius efferunt per pronomen relativum אשר *Qui*; ſed additis pronominibus perſonalibus לו לה *ei, illi*, להם להן *illis*, per ellipſin perpetuam ſubſtantivi *Eſt*; ut exponere poſſis, *Cui vel quibus eſt*: ſeu, *qui* vel *quæ habent.* אשר enim
6 per ſe ſingulatim poſitum nonniſi in caſu recto exponi poteſt *Qui, quæ, quod.* Senſus ergo hîc nullus eſſet, ſi redderes *quod* NON crura. Denique ſequentia exempla mundorum inſectorum volatilium totum negotium abſolvunt. Etenim vocabulum ארבה notoriè *locuſtam* & quidem certam ſpeciem hoc loco ſignificat, quæ præter quatuor pedes etiam duo crura habet, quibus ſalit, ſeque de terra ad volandum
7 attollit. Ejuſdem generis ſunt ſpecies ſequentes סרעם & reliquæ.

Porrò monendum habemus vocabulum עוף in vernaculis nonnullis hîc malè reddi *Avis* Vogel/ cum reddendum ſit *volucre* vel *volatile* Geflügel, ut infra indicabimus. (m)

1 Cæterum Aldrovandus de Locuſtis acturus Librum IV. cap. 1. ſic orditur: Cap. 25.
Anelytrorum, hoc eſt, *detectas habentium alas inſectorum tradidimus hiſtorias. Itaque ſuperſunt tradenda eorum, quæ velut in vaginis quibusdam incluſas habent alas, inde vagini-*
2 *pennes* Theodoro Gazæ, Ariſtoteli κολεόπτερα *vocata. Quibus omnibus commune eſſe obſervavi, quod nullo aculeo infeſtent, quod difficulter volent, quod alas habeant fragiles, ideoque duro cortici incluſas, quod ſedentia alata neutiquam eſſe videantur. Inter hæc inſecta*
3 LOCUSTÆ &c. *quare illarum hiſtoriam ſervato noſtro ordine aggrediamur.* Hîc ſatis mirarinon poſſumus, quare Locuſtas inter inſecta κολεόπτερα ſeu vaginipennia referat; Falſum enim eſt, quod duro cortice incluſas habeant alas, ita ut in ſedentibus non conſpiciantur. Vix una atque altera tali cruſta tecta in tabulis ejus conſpicitur, quæ non regulam, ſed exceptionem à regula dare potuiſſet. Falſum quoque eſt, locuſtas, quæ-
4 maria tranſeunt, difficulter volare, cùm aviù ritu volitent, ut Clenardus loquitur. Præterea figuras aliquas Aldrovandus nobis exhibet, quæ nulla habent crura ſaltatoria. Epiſt. p. 73.

1 Hæ verò num locuſtæ dici queant, ipſe viderit. *Iohannes Ionſtonus* in opere ſuo de Cap. 26.
inſectis (n) in tractatione de locuſtis exordium ſuum mutuatus eſt ab *Aldrovando*, his verbis: *Sequuntur coleoptera ſeu vaginipennia*, LOCUSTÆ *nempe* &c. planè nullam nomi-
2 nat nec proponit, quæ ejuſcemodi vaginis ſuas condat alas. Et cùm ad *Aldrovandinas* venit, nihil aliud monet, niſi figuras aliquot locuſtarum etiam ſupra inter papiliones exhibitas fuiſſe; ſed neque tabulam neque numerum indicat, ubi id factum ſit. Quapropter *vaginipennes locuſtas* tamdiu ſe ponemus, donec oſtendantur aut deſcri-
3 bantur; quod claros illos viros facere oportuiſſet. Alias locuſtarum differentias fusè nobis exponit *Marcellus Virgilius in Dioſcoridem*, at vaginatarum nullam facit mentionem. Verba ejus ex Bocharto hic inſeremus: (o) *Variavit admirabili artificio locuſtas natura &c. ſunt enim quæ virides, quæ nigræ, quæ lividentes, quæ aliquâ parte hunc, ali-*
4 *quâ illum colorem oſtendant:* Sunt, *quæ volantes tantùm latentem antea colorem aliquem proferant:* Sunt, *quæ ſimplicibus, quæ pluribus alis volent: quæ alis carentes ſaltent; quæ utroque hoc modo privatæ ingrediantur tantùm:* Sunt, *quæ longioribus, quæ brevioribus, cruribus ſint: & in his pluribus brevioribus &c. & paucioribus longioribusque internodiis.* Sunt
5 *quæ canant, quæ mutæ ſint: quæ per diem, quæ in tenebris tantùm audiantur. Et ne longiores ſimus*, ſunt, *quæ nihil homini in re ruſtica noceant, innocenterque à pueris ſe capi patiantur.* Sunt *contra quæ peſtem & calamitatem ſatorum omnium totis regionibus afferant, illatâque fame antiquos agros deſerere ſæpenumerò gentes coëgerint.*

6 Nihil hic de *vaginipennibus*, neque etiam de *ſenis alis*, multo minùs de fictis *Indiæ* locuſtis, quas ex Plinio ſupra retulimus. Quæ verò autor iſte *de locuſtis quaternorum cubitorum* Lib. IX. cap. 3. tradit, ea de *marinis* accipienda ſunt, nam de *animalibus in Indico Mari* agit. Id capere debebat *Simon Majolus*, qui id de terreſtribus intellexit. (†)

7 Sed nec illa placet, quæ in *Muſæo Gottorſiano*, quod *Olearius* edidit, depicta viſitur locuſta, (p) quia nullos pedes, ſed bina tantùm utrinque habet crura ſaltatoria, à pictore perperam delineata.

Sed

(m) Parte II. c. 25. (n) *Lib. 1. tit. 2. cap. 1. art. 1.* (o) loc. cit. *p.* 446. (p) *Tab.* XI. *n.* 5. *p.* 18. Ex Ægypto allata dicitur, ubi tamen tales non dantur. (†) In diebus canicularibus p. m. 100. b. tit. *Inſecta*

Cap. 27. Tot autem tamque diverſæ locuſtarum ſpecies apud alias gentes, præſertim 1
Orientales, diverſa quoque gerunt nomina; quæ ſcire noſtra non refert. Multò minùs occupabimur in eruenda illarum etymologia, utpote incertiſſima, partim etiam ridicula. Quoniam nomina rebus non à Philoſophis, ſed à vulgo plerumque imponuntur. Veluti cum locuſtæ noſtræ Italis vocantur *Cavallette*: Hiſpanis *Ca-* 2
vallettas, à *Caballis* ſic dictæ, quaſi diceres, *Equulos* Rößgen/quia nomenclatoribus illis viſa fuerunt equina habere capita. (q)

Cæterum nulla natio eas meliùs diſcernere poteſt, quàm *Arabes*; penes quos 3
frequens iſta plaga, & ob id tot nomina, quibus locuſtas appellare & diſtinguere norunt, uti videre eſt apud *Bochartum* loco ſæpè citato. At nos felices, quòd in vernacu 4
lis noſtris eas neque nominibus ſuis inſignire, neque diſtinguere, multò minus ſub certa genera referre queamus. Id ſolùm ſcimus, quòd in univerſum agris nocentiſſimæ ſint. Damna quæ afferre ſolent ex hiſtoriis ſupra relatis memoravimus. Quæ tantò graviora æſtimanda, quantò difficiliora dantur *remedia*.

Cap. 28. Romani inſpexerunt *libros Sibyllinos*, quos *fatales* Livius (r) appellat, id aliàs non 1
niſi in cauſis difficillimis & maximis calamitatibus fieri ſolebat. An & quid in iis repertum fuerit, non memoratur; certè milites, tanquam bello gerendo, contra eas eduxerunt. Cùm enim Apuliam invaſiſſent, Cn. Sicinium prætorem deſignatum cum imperio illuc ad eas exſtirpandas miſerunt. (s) *Militari imperio in Syria necatas* Plini- 2
us ſcribit. (t) Idem narrat: *in Cyrenaica regione legem fuiſſe, ter anno debellandi eas, primò ova obterendo, deinde fœtum, poſtremò adultas. In Lemno inſula certa menſura præfinita fuit, quam ſinguli enecatarum locuſtarum ad Magiſtratus referrent.* In Cypro venatum 3
exeunt adverſus ova indicto bello, ac certo præmio in ſingulos ſextarios conſtituto. (u) Simile in Tirolenſi Comitatu factitatum ſupra memoravimus. Superioris ſeculi anno 4
XLII. cum *Mediolanenſem* agrum obruerent locuſtæ, Præſes conſtituto collectoribus præmio, duodecim mille ſaccos illis repletos exiguo temporis ſpatio reportavit. (x)

Cap. 29. Notabile lectu eſt, quanto cum tumultu & ſtrepitu *Sinenſes* ruſtici adventantes locu- 1
ſtas abigere conati ſint, quod ex hiſtoria *Legationis Batavicæ* (y) exſcribemus.

Den 4ten Tag Julii (1656.) gegen Abend ſahen wir im fahren ein wunderſeltzames Getümmel allenthalben/nicht anders als ob das gantze Land im Lerm und Auffſtand begriffen. Es hatten ſich aber alle umbwohnende Bauren/oder Haußleute in unterſchiedene troupen vertheilet/ und waren mit fliegenden Fahnen zu Felde gezogen/ihre Aecker und Ländereyen vor dem Einfall der Heuſchrecken / dadurch zum öfftern groſſe Theurung und Hungers-Noth entſtehet/ zu beſchirmen. Denn es kommt allda jährlich / umb dieſelbe Zeit/als wir da angelanget/mit einem 2
Oſtwinde eine ſolche Menge Heuſchrecken zugeflogen/daß alle Erdgewächs/die nicht bedecket/ biß auff die Wurtzel abgefreſſen und verzehret werden / und gemeiniglich auff gantzen Feldern weder Laub noch Graß überbleibet. Solchem groſſen landverderblichen Schaden vorzukom̃en/ ziehen um ſelbige Zeit die Bauren mit geſamter Macht zu Felde / und ſetzen ſich zur Gegenwehr / alſo daß ſie Fahnen in der Lufft ſchwingen / auch dabey einen ſolchen Lerm und Geſchrey machen/davon das gantze Land erſchallet. Diß Verjagen der Heuſchrecken geſchicht folgender Geſtalt: Es nimt 3
ein Bauer alle ſein Geſinde und welche er ſonſt bekommen kan zu ſich/und gehet damit auff ſein eigen Land/ die ankommende Heuſchrecken davon abzuhalten/ ſintemal zu der Zeit/wenn dieſes ungeziffer einfället/man kein einiges Stück Baulandes findet/worauff der Bauer nicht in voller Arbeit iſt/ſolchem Feind äuſſerſtem Vermögen nach zu ſteuren/dann haben ſie alleſamt in der Fauſt lange Stangen / daran Fahnen oder Tücher gebunden/ſelbige ſchwingen ſie unabläßlich in der Lufft / machen auch dabey einen ſolchen Lerm und Feldgeſchrey/ daß die Heuſchrecken / wann ſie mit gantzen Schwarmen/wie dicke Wolcken / anſetzen / durch ſolch ſpectacul und Getümmel erſchrocken/etwas länger/als ſie ſonſt pflegen/oben in der Lufft bleiben/ und ihren Flug weiter fort ſetzen. Und ob ſie gleich von dem einen Acker durch diß Mittel 4
abgehalten werden/fallen ſie doch / wann ſie lange gnug von einem zum andern geflogen / und ermüdet / auff dieſen oder jenen (ſonderlich da ſie die wenigſte Gegenwehr finden) mit ſolchem Sturm und Schwarm nieder / daß ſie zu weilen wol einen Fuß hoch auffeinander liegen.

Alda

(q) *Aldrov.* loc. cit. ex autore de nat. rer. *Locuſta caput habet formatum ut equus.* Et ex Alberto cap. 26. *Caput habet figurâ equi.* (r) Lib. V. cap. 14. (s) *Liv.* Lib. XLII. p. 533. (t) *dict. Sect.* 35. (u) Scaligeri verba ſunt Exercit. 192. contra Cardanum. (x) Jonſtonus refert *d. cap. 1. art. 1. p. 84.* (y) *Anno & die* in textu citatis pag. 168.

Alda werden dann die Früchte/ſo viel daſſelbe Jahr betrifft / gäntzlich verdorben / daß nichts vor Menſchen oder Vieh überbleibet/ noch künfftig was einzuerndten iſt. Die Bauren hatten ſich zu der Zeit ſo dapffer gewehret/ daß diß Ungeziefer mit gantzen Schwärmen über alle ihre Aecker hingeflogen/und endlich in den Fluß niedergefallen / allwo es annoch zu ſehen war.

Senſus & ſumma eſt:

5 *Ruſticos cum familia & auxiliatoribus arvis ſuis inſiſtere, vexillis atque velis expanſis, maximoque clamore atque ſtrepitu locuſtas deterrere, ne fundos ſuos invadant, ſed ulterius volent, donec defeſſæ in alienos agros decidant, ubi ſæpe pedis altitudine cumulatæ jaceant. Nec fruſtra fuiſſe defenſionem ruſticorum* ait, *abactas enim hac vice fuiſſe locuſtas, & tandem in flumen præcipitatas.*

6 Idem fit in *Perſia*, teſte *P. Angelo à St. Joſeph* (z) ubi tympanorum tubarumq; concentu, nec non ſtrepitu ære facto, & atroci clamore locuſtas fugari poſſe putant.

1 Sunt qui in *Eccleſia Romana* excommunicationibus atque exorciſmis, tanquam Cap. 30.
erga impios & deſperatæ vitæ homines utantur, referente *Aldrovando*; (a) qui *ex conſiliis Hieron. Grati* narrat: *cenſuris Eccleſiaſticis in impiam vaſtationem turpiſſimorum animalium animadverſum, datis hinc inde advocatis atque patronis, ut proceſſus formula ſervaretur.* Sic loquitur. Scilicet, ut ego capio, *ne indefenſæ & inauditæ perirent locuſtæ*, quia *ne Diabolo quidem defenſio deneganda eſt*, ſecundum Jure Conſultos.

3 Proceſſum iſtum excommunicationis contra Locuſtas & ſimilia noxia animalia nobis deſcribit *Barthol. Chaſſanæus*, qui eum hoc pacto proponit: Oblato ſupplice libello (cujus formulam addit) & judice dato, procuratores duo conſtituuntur, unus populi, alter locuſtarum nomine, quorum primus actionem contra locuſtas intendit, atque *locuſtas arcendas eſſe* concludit: alter contra excipit, *eas non abigendas eſſe*; donec poſt concluſionem in cauſa ſententia pronuncietur: *Excedere debere locuſtas, id niſi intra certum tempus faxint, excommunicationis fulmen in eas vibrator.* Quæ latiùs
4 apud Chaſſanæum videri poſſunt. (b) At dolco tanti JCti vicem, qui ordinem excommunicandi tam imperfectè didicit, & proceſſum ſuum tam miſerè inſtruxit. Quippe oportet eum qui excommunicationem majorem parat, reum *primò*, *ſecundò*,
5 *tertiò* & *quartò* priùs legitimè monere, & contumacem demum in jus vocare. Deinde exceptiones adverſæ partis, ejusq; rationes & fundamenta juris non profert, ut ſciri poſſit, *in quo conſiſtat ſtatus controverſiæ, in facto vel in jure? num fortè teſtibus opus ſit, & cui incumbat onus probandi.* Sed procuratorem locuſtarium tam ſimplicem & artis *Logicæ* imperitum in medium producit, ut omiſſis præmiſſis, concluſionem argumenti ne-
6 get. Denique de *intervenientibus* planè non cogitavit, debebat enim etiam Procuratorem pro *avibus* tam feris quàm domeſticis conſtituere, ut etiam illæ interventione
7 ſua audirentur, ne nimis citò pabulo iſto jucundiſſimo privarentur. Poſtremò *Acridophagorum* Lybiæ, & *Arabum agreſtium* Barbariæ meminiſſe oportebat, ne illi fortaſſe 1, 4.
pro intereſſe ſuo intervenirent, & examinato Patroni locuſtarii mandato, totum pro- 7, 11.
ceſſum *querelâ nullitatis* deſtruerent: aut appellatione ſaltem ſententiæ, quæ redundaret in damnum proximi, ac ob id injuſtæ, effectum ſuſpenderent. Injuſtum enim eſſe abigere locuſtas in agros vicinorum, cùm potius damnandæ fuiſſent ad cædem & necem, devorandæ alitibus, beſtiis feris, & barbaris omnibus, qua ratione interventibus quoque ſatisfactum fuiſſet. Sic exagitare libuit *Chaſſanæum* tam vanum proceſſum nobis formantem, quem Pontificiis decretis probari non putaverim. Sane nihil tale in *Pontificali Romano* reperitur. Triplex ibi habetur excommunicatio; *minor*, *major*, & *anathema*, quarum omnium finis, *ut reus tradatur Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ejus ſalvus fiat in die judicii.* Quid hoc ad inſecta aut alia fœda animalia?

8 Alii *exorciſmos*, tanquam contra malos ſpiritus, efficaciores putaverunt, de quibus Aldrovandus etiam loquitur, & lectores ad privatos Eccleſiæ libros ablegat. Idem *ex Legendis* (ut puto) *Sanctorum* refert, quomodo orationibus atque precibus, addita interdum aquâ benedictâ, locuſtæ à ſanctis Viris abactæ fuerint. *Alvarezius* Sacerdos Luſitanici ad Habeſſinos Legati, inſtituta proceſſione cum ſacerdotibus Habeſſinis

(z) In Gazophyl. Perſ. voce *Locuſta*. (a) Lib. IV. de *Inſectis*. Cap. 1. tit. Ut fugent.
(b) *Conſil. I. part. 5.* allegante doctiſſimo *Profeſſore Ienenſi* Hebenſtreit in pererudita diſputatione de remediis contra locuſtas, *th.* 12.

(qui tunc temporis pro hæreticis non habebantur) excomunicationem ſine advocatis contra locuſtas pronunciavit, easque in regiones infidelium, vel in deſerta montium relegavit, & niſi parerent, adjuravit & convocavit omnes aves cœli, omnia animalia terræ, & omnes tempeſtates aëris, ut eas devorarent, diſſiparent, atque deſtruerent; (c) aquâ quidem & igni illis non interdixit, multò tamen cautiùs & prudentiùs, quàm Chaſſanæus ſententiam ſuam concepit bonus iſte Sacerdos. Paruerunt,
Cap. 31. ut illi viſum fuit, atque iter ſuum mare verſus inſtituerunt. At multò contumaciores fuerunt ſceleratæ illæ, quarum hiſtoriam ſupra ex Aventino retulimus, de quibus ſic loquitur: *Supplicationes nequicquam decretæ, fruſtra cœlum aëris crepitu* [nec non] *tintinnabulis laceſſitum, fruſtra ſacris arva, urbes luſtratæ, pars fuſtibus ac flammâ tollere conabantur. In Bojoaria ovis Gallinaceis redemtus Gallinarum copias in locuſtarum agmen educebat.* Idem in opere Germanico, quod ipſe concinnavit, de locuſtis anni 874. teſtatur, ut ſupra retulimus. 1

Jure merito ad divina auxilia confugimus, ubi humana ceſſant. Remedia ſu- 2
c.29. pra à nobis relata propellendis in vicinorum agros locuſtis aliquid proſunt: abolendis verò & exſtirpandis non ſufficiunt. Ea demum efficaciſſima ſunt, quæ DEUS, ſupplicibus pœnitentium precibus placatus, generi humano largitur; veluti cum ventis ſublatas in pelagus detrudit, vel aves imittit, quas minuendo iſti malo creaſſe videtur.

Non enim eſt fabula, ſed planè veritas (d) aves dari à natura ad id deſtinatas, 3
ut locuſtarum multitudinem minuant. *Seleucides* Plinius vocat, (e) addens, *illarum adventum à Iove precibus impetrare Caſii montis incolas, fruges eorum locuſtis vaſtantibus, nec unde veniant, quove abeant, compertum; nunquam conſpectis, niſi cum præſidio earum indigetur.* Equidem has aves fabuloſas cenſet *Aldrovandus* (f) ſcilicet falſa veris 4
mixta deridet atque explodit. Verùm res ipſa recentiore experientiâ confirmatur. Etenim *Tavernierus*, (g) nullo autore antiquiore uſus, ex Armeniis, ni fallor, didicit: *Certo anni tempore in confinibus Mediæ & Armeniæ aves, quæ ſimiles ſint merulis noſtris, ma-* 5
gnâ copiâ convenire, atque locuſtas, quibus campi illi obtecti ſint, conſumere, & devorare. Armenios autem pompâ ſacrâ [proceſſion] *circumire agros eosq; conſpergere certâ quadam aqua è puteo quodam longinquo hauſta, in quem olim corpora Martyrum præcipitata fuerint. Iſtas circuitiones & conſperſiones durare tres vel quatuor dies, quibus peractis aves illas gregatim advolare, atq; locuſtas vel vorare vel fugare, ita ut biduo vel triduo campi iſti liberentur.*
d.l. Specialiùs, ſed aliis circumſtantiis has aves deſcribit *P. Angelus à S. Ioſeph* his verbis:

Vi è una fontana nel paeſe di Lengion, fra Sciraz & Ispahan, dove ſono certi uccelli negri ſimili à picciole fuliche, quali ſeguitano l'acqua di queſto fonte per tutto doveſi porta, & aſpergendola ſopra li campi coperti di locuſte, queſti uccelli al modo d'un folgore ammazzano, & eſtirpano tutte quante. Per tanto queſta acqua ſi chiama آب مرغان Ab murgon *ciò è* aqua di Uccelli, *& le fuliche chiamano* عذر ملاغ Adzr melagh, *ciò è* ruina delle locuſte.

Hoc eſt: Fons datur in regione *Lengion* inter 6
Shiras & *Ispahan*, ibi dantur certæ aves nigræ ſimiles parvis *fulicis*, quæ ſequuntur aquam hujus fontis, quocunque portetur. Quâ ſi conſpergantur campi locuſtis cooperti, aves iſtæ fulguris inſtar illas omnino necant atque exſtirpant. Propterea aqua iſta vocatur *aqua avium*: aves verò ipſæ appellantur (Perſicè Adhrmelach (h) *Exitium locuſtarum.*

Cap. 32. Relationes iſtæ à diverſis autoribus diverſo tempore editæ, de avibus ipſis dubitare quidem me non ſinunt; miraculoſè verò ad preces *incolarum Caſii* montis aut *Armeniorum* proceſſiones (ut loquuntur) advolare, perſuadere mihi neutiquam poſſum. *En certain temps &c. Certo anni tempore adventare* Tavernierius diſertè ſcribit. Igitur tunc temporis precibus impetrari poſſe facilè crediderim; æquè ac ſi quis poſt 2
feſtum S. Petri *ciconiarum* adventum ad exſtirpanda inſecta à Deo petere vellet. Quòd autem neſciatur, unde veniant, quove abeant *Seleucides* iſtæ, nec conſpiciantur niſi præſentibus locuſtis; id nihil miri. Pleræque aves migratoriæ unde veniant, quóve 3
abeant

(c) Hæc habentur in *verſione Gallica* itinerarii Æthiopici *Alvarezii* cap. 33. (d) Iisdem verbis utitur *Ariſtoteles* de *Pygmæis* agens. Lib. VIII. hiſt. animal. c. 15. al. 12. (e) Lib. X. c. 27. Sect. 39. (f) *Lib. X. Ornithol. cap. 5.* (g) *Itinerar. Perſ.* P. I. lib. 4. cap. 3. (h) Difficulter exprimuntur & leguntur iſta vocabula Perſica ذ legendum ut *dh.* Angl. ð Græc. ع verò ut ע Germanicum.

abeant, ignoratur; De Ciconiis ipſe Plinius (i) *Ciconiæ quonam è loco veniant, aut quò ſe referant, incompertum adhuc eſt.* Multæ non conſpiciuntur, niſi eo tempore, quô cibos ſuos paratos à natura ſciunt.

4 At de *aqua* iſta *ſympathetica* aliàs nunquam quicquam audivi nec legi. Pleraque vel fabulosè vel imperfectiſſimè narrantur, ut infinita lectoribus ſuboriantur dubia. *Quomodo* quæſo Seleucides *aquam illam avialem olfaciunt? velquomodo eam ſequuntur, confeſtim ne, an ex intervallo? ſi prius* volatúmne ſuum adtemperant aquæ bajulis? *Si poſterius*, unde ſciunt, quò aqua portata fuerit, & ſi in plura loca, quemnam præfe-
5 runt? *Recentemne oportet eſſe aquam iſtam, an ſerotinam, & ſemiputridam? An uſq; ad fines Armeniæ tantùm valet, an ulterius?* Nam ſi in *Arabiam* & *Æthiopiam* usque portari poſſet, auro longè pretioſior habenda eſſet: Deceret utique viros miracula ſcripturos talia dubia prævidere, eaque diluere.

6 Aut valde fallor, aut eſt illa ipſa aqua de qua *I. C. Scaliger* loquitur in ſuis exercitationibus contra Cardanum (k) CHUERCH inquit, *Scytharum Catainorum civitas eſt; in qua ſtagnum, cujus præſentia locuſtas arcet. Olim eam ob cauſam inde petitis à Cypri rege aquis. Quarum vaſe ſtanneo pleno turri appenſo factum eſt, ut eo tempore non ſit à locuſtis inſula tentata.*

7 [Non laudat autores ſuos *Scaliger*, niſi parciſſimè & generaliſſimè, tanta illi eſt in ſe lectoribusque ſuis fiducia, ut & ſibi credat, & alios credere velit, quid dicat; quod certè laudandum non eſt. Si ſciremus unde hanc narrationem accepiſſet, facilè judicaremus, num verum eſſet è *Cataya* ſeu *China Septentrionali* tot paraſangis remota, aquam iſtam ἀκριδοκτόνον in *Cyprum* delatam fuiſſe, quod fabulæ ſimillimum mihi videtur. Nam aut nimiùm fallor, aut eſt illa ipſa aqua, quam ex Perſia afferri Tavernierius & P. Angelus à S. Joſeph memoravit.]

1 Sed faxit propitium Numen, ut neque aquâ illâ, neque avibus iſtis locuſtariis unquam indigeamus.

Tandem ſilentio prætereundum non eſt, vulgò dictum: *Obſervaſſe aliquos in locuſtarum quarundam alis certos quosdam Turcicis ſimillimos characteres.* Nimirum audiverant, ex Turcia venire locuſtas, atque Turcarum invaſionem olim ſæpiùs ſignificaviſſe, ideò Turcicis literis quoque inſignitas, ex cancellatis alarum venulis ſibi fortè imaginati erant. Quia ſimplices illi homines, talia ſpargentes, Turcicæ lite-
2 raturæ planè ignari fuerant. At de literis ט & ת in pectore locuſtarum viſis meliùs
3 judicare potuerunt Judæi Palæſtinæ. Sunt qui ſcribant, literas has I. R. A. D. E. I. in alis locuſtarum in Anglia quondam lectas. Verùm an Deus locuſtas, ipſas iræ ſuæ indices, literis illis notare voluerit, fides ſit penes auctorem.

Cap. 33. 12, 15.

1 Poſtremò, pleriq; locuſtas memorantes, horrenda iſta locuſtarum agmina præter famem & peſtem bellum quoq; portendere autumant. *Scaliger* Cardanum, qui id aſſerit deridet. *Quod ſcribis*, ait, *earum adventum omen eſſe futuri belli, ridiculum eſt, ut omittam minus latinam locutionem.* Scilicet quòd prodigium *omen* vocaſſet. Profectò famem afferunt non portendunt: nec difficile præſagium eſt, ex peſtiferis vaporibus peſtem
2 prædicere. At *bellum ſi portenderent*, inquit Scaliger, *à Mauris Siciliæ penè quotannis nunciaretur, inde enim eò deferuntur.* Quibus verbis carpit eos, qui ſuperioribus ſecu-
3 lis *Turcarum* irruptiones à locuſtis ſemper ſignificatas tradunt. Nobis non eſt prodigium, ſed eventus; etenim in bello ſat luctuoſo jamdum verſamur; utinam exitio ſuo etiam exitium hoſtium noſtrorum portenderent, de adventu illarum æquè ac Acridophagi nobis gratulari poſſemus.

Cap. 34. d. l.

(i) *Lib.* x. *c.* 23. *ſect.* 31. (k) De ſubtil. Exerc. 192.

TABULA LOCUSTARUM
Sequentes sunt Aldrovandinæ.



LOCUSTÆ INDICÆ AD VIVVM DELINEATÆ.



Locusta quadrupes immunda.

Icones istarum Locustarum cum pluribus aliis debemus Amplissº Viro Nicolao Witsen alibi laudato qui eas ex India accepit & nobiscum communicauit.

PARS

PARS SECUNDA
DE LOCVSTIS ISRAELITARUM IN DESERTO.

Absolutâ nunc locustarum historia, ad alteram tractationis nostræ partem progredimur, quæ disquisitionem viri docti de voce שלו *Selav* cum responsionibus nostris continet.

1 INnotuit jamdum erudito Orbi, me vocabulum Hebraicum שלו *Selav Exod.* Cap. I.
16,13. & *Num. 11,31.* non de *coturnicibus* ut vulgò, sed de *locustis*, mundis videlicet & comestibilibus, iisque gratis esu accipere. Rationes *in Commentario ad Historiam meam Æthiopicam* (a) allegatas summatim hîc repetam.

2 *Primò* videbam, vetustissimos S. Scripturæ Interpretes scilicet LXX. *Seniores*, & *Chaldæum paraphrasten* vocem שלו *Selav* diversimodè interpretari, illos enim *Ortygometram*: hunc verò *phasianum* reddere. Ex quo firmiter colligebam, illam ex earum numero esse, *quarum vera significatio in captivitate Babylonica periisset*, ita ut à Judæ-
3 is in patriam revertis non amplius intelligeretur. Quo casu si genuina significatio ex aliis linguis Orientalibus haberi non possit, illa à posteriori investiganda est, nimirum ex descriptione rei propositæ, ejusque natura, ex sensu atque totius historiæ contextu, sicuti à viris doctis factum in vera vocabulorum *Leviathan & Behemoth* expositione. Quâ in re magis confirmatus fui, quando videbam, cæteros Orientales Interpretes, *Chaldæum, Syrum, Arabem*, idem vocabulum inexpositum reliquisse: nec hodiernos Judæos inter se convenire, quid vel qualis avis שלו *Selav* fuerit.

4 *Secundò* animadvertebam *Iosephum in antiquitatibus Iudaicis* (b) primum fuisse, qui sprctâ *Ortygometræ* significatione שלו *Selav coturnicem*, avem ab illa diversam, interpretatus esset; fortè putans, coturnices aves copiosas & passim notas textui meliùs convenire quàm *Ortygometras*, aves rarissimas & paucis notas; nihil curans, antiquiores Interpretes Judæos: nec non *autorem libri sapientiæ & Philonem* aliter exposuisse.

5 *Tertiò* intelligebam totam historiam de *Selavis* ægerrimè ad *coturnices* applicari posse; nisi in omnibus illius articulis miracula supervacanea (quæ Deo tribuenda non sunt) fingere velis. Imò nec in illas alias aves quadrare, cùm nullæ tam inæstimabilî numero dentur; nec tamen nova creatio, aut miraculosa inter colligendum multiplicatio locum hîc habeat. Ut taceamus, quòd aves ne unius quidem pedis altitudine cumulatæ vivere possint, nedum sesquicubiti aut amplius: *Locustis* verò ea omnia bene congruant.

6 *Quartò* modum tractationis in *colligendo*, *mensurando* & *expandendo* minimè *coturnicibus* aut aliis avibus: optimè verò *locustis* convenire; ut ex descriptione partis primæ lectores facilè cognoscere, & applicationem ad textum scripturæ facere poterunt.

7 *Quintò* mihi liquebat, volatilia quævis Hebraicè עוף *Oph* dici, quod nomen rectiùs *volucres* vel *volatilia* quàm *aves* reddideris: adhæc vocem כנף *Canaph* specialiter de *insectis volatilibus* in Scriptura accipi posse. Nec movebat me

8 *Sextò*, quòd *carnem* concupivissent Israëlitæ, atque carnem illis dare Deus recepisset. Quippe sicuti *panem* petitum & promissum non qualem intelligebant, sed qualem Deus volebat, acceperant; ita similiter conjiciebam, *carnem* non genuinam, sed *analogum* & simile quid carni Deum illis tribuisse.

I Quum verò ista in eruditum orbem emanassent, privatim multi vel assensum su- Cap. 2.
um, vel levia dubia, solutu facilia, nobis aperuerunt: publicè verò necdum ullum judicium cognoscere mihi licuit. In disputationibus tantùm, & dissertationibus simpliciter & sine ulla epicrisi sententia mea à diversis fuit allegata. At anno superiore Vir doctus, supra à nobis laudatus, hortatu alterius cujusdam amici, ut sententiam su- 1,3,1.

(a) Lib. I. cap. 14. n. 96. p. 169. & seq. (b) Lib. III. c. 12. pag. 98. edit. Lipsi.

am promeret, universa & singula, quæ ullo modo contra novam nostram sententiam dici vel excogitari possent, diligentissimè congessit, atque *disquisitionis* titulo mecum amicè communicavit. Respondi, quantâ diligentia potui, atque *responsiones & animadversiones* pro defendendâ sententia mea ad illum misi, ulteriora ejus monita auditurus. 3
Ea congessit & sua manu scripta mihi exhibuit; quæ igitur trutinam poscere videbantur expendi, atque responsionibus meis passim subjeci. Ne autem nobis solis sapere vi- 4
deremur, consentaneum utrique visum fuit, hasce *exercitationes nostras* publici juris facere, ut si objectiones eædem alicui forte in mentem venerint, responsiones meas cognoscat, atque sic liberrimum judicium de tota causa ferat. Libellum ejus prout petiit verbotenus hîc exponemus.

[D. denotabit hanc disquisitionem nobis oppositam. B. Responsiones nostras.]

Cap. 3.

DISQUISITIO.
De Sententia nova Viri Illustris, quâ שלו *locustæ* quoddam genus fuisse statuit.

Disquisitio. *CVm iteratò monitus essem ab amico, ut quid mihi de sententia hac* Viri Illustris *videretur exponerem, nolui tandem desiderio ejus deesse, consisus*, Virum nobilissimum, 1
(quem non adeò ob dignitatem & locum, quem inter Proceres Reipublicæ literariæ magno suo merito tenet, quàm ob eruditionem summam, virtutem, & boni publici studium, magnâ prosequor veneratione) *qua est animi æquitate, haud mihi vitio versurum, si quæ circa hanc ejus sententiam dubia mihi occurrerunt, aut pro sententia recepta dici posse videntur, liberè proponam, ac ulteriori ejus considerationi submittam. Legi ergo & relegi, contuli ac expendi digressionem eruditam de vera* ושו *significatione, quâ* Commentarium suum in Historiam Æthiopicam 2
*ceu emblemate quodam insigni ornavit, & prout ex aliis ejus locis, ita hinc quoque haud parùm profeci, quorum nomine quantas possum Viro summo gratias ago, & ad plura adhuc hujusmodi perficienda vitam ei prolixam, & valetudinem firmam ac otium porrò literarium animitùs apprecor. Fateor etiam lubens, me primo impetu in legendo abreptum, propemodum in sententiam ejus concessisse: vel saltem 3
putasse, illam de coturnicibus vulgatam sic ab ipso rationibus ex omni literatura & historia desumtis concussam, ut vix amplius consistere posset.*

Videbam enim hinc magnam inter ipsos Judæos Interpretum quoad hanc vocem ignorantiam, inconstantiam & ineptias plurimas. *Videbam incommoda quæ à mi- 4*
raculis cumulatis; à coturnicum bicubitalibus acervis, *seu continuis, seu per intervalla discretis; ab earum* collectione & jugulandi modo; mensura *etiam ac* expansione, *in sententiam communem redundabant: neque ratio in promptu erat, quâ me inde expedirem: Præsertim quoniam alterâ illâ de* locustis, *quæ substituebatur*, videbam & ista omnia evitari facile posse, *& vix quicquam occurrere, quod ei posset commodè opponi, aut pro sententia recepta ulterius afferri.*

Cap. 4. Responsio. EX omnibus quæ *Vir Amplissimus & Clarissimus* hîc de me prædicat id solum agnosco, quòd summo ferar studio, cùm erga *rem literariam* in universum: tum spe- 1
ciatim erga *sacri textûs illustrationem*: & quòd *tenuitatis ac fragilitatis meæ memor* æquissimo animo doctorum virorum monita ac emendationes admittam; præsertim in rebus tam abstrusis, & in infima antiquitate latentibus. Tales sunt Hebraicæ vomces quamplurimæ, quarum *significationes* in captivitate Babylonica *deperditæ*, ultra bis mille annos ignoratæ, hoc & superiore seculo à viris in Orientali & Occidentali literatura versatissimis erutæ, & in lucem protractæ fuerunt. In earum censum referen- 2
dam putavi vocem שלו *Selav* in locis supra citatis, ut & in *Psalm.* 78. al. 77. ℣. 27. repertam, quæ vulgò exponitur COTURNIX. Quam significationem, cùm ad historiam sacri Codicis neutiquam applicare: nec unquam in animo meo concoquere potuerim, dum omnes hujus textus articulos à coturnicibus alieniissimos putarem, fortè fortuna in aliud genus *volucris* nempe LOCUSTAS incidi, quod textui longe accommodatius arbitratus sum. Quo autem casu hoc factum sit, studiosus lector è *Commentario* meo (c) cognoscet. Profectò obstrictum me fateor *amico* isti meo 3
hono-

(c) Lib. I. c. 14. n. 96. §. 25. p. 172.

honoratissimo, quòd objectiones omnes & magni & parvi momenti in unum colligere, mihique expendendas mittere voluerit.

1 Cæterùm in ipso statim exordio placet, quòd autor noster *incommoda* viderit & Cap. 5.
gravissimas *difficultates* agnoverit, quæ in sententiam vulgatam de *Coturnicibus* redundant. Illæ ipsæ sunt, quæ me à vulgò recepta interpretatione abstraxére. Illas utiq; agnoscere tenentur omnes, qui sciunt, quid coturnices sint, & quam tractationem
2 aves admittant. Quas si quis diluere & avem pro *locustis* nominare possit, in quam omnia S. textûs dicta sine continuis miraculis naturaliter congruant, gratulabor mihi, quòd occasionem tali viro dederim, eruditum orbem de certa quadam ave instruen-
3 di, ad quam omnia de *Selavis* in Scriptura dicta, aptè accommodari possint. In eo autem summam *miraculi* consistere censemus, quòd venti jussu divino spirantes ineffabilem istam locustarum copiam ex australibus cis & trans mare sitis regionibus ad-
4 vexerint, quæ aliàs desertum non quæsivissent. Fateor certè, & fassus sum in *Com-* p. 172. §. 24
mentario meo, communem & inveteratam opinionem, assensu magni & præclari Viri *Sam. Bocharti* stabilitam, (nam cæteri Interpretes omnes ex uno *Iosepho* coturnices sine examine transcripserunt) me diu suspensum tenuisse: nec mirum est, si & auctorem *Disquisitionis* doctissimum, multosque alios eruditos illâ præoccupatos adhuc in suspenso teneat. Si tamen nonnulla haberet, Vir ille clarissimus, quæ porro monere velit, id illi licere dixi.

Ad quæ amicus ille doctissimus regessit: *Se datâ sibi ulteriùs monendi licentiâ non aliter quàm veritatis studio modestissimè usurum.*

1 PErgit Vir Clariss.^mus de se loquens: *Ne tamen in re tanta, quæ dissensum à tota Eccle-* D. Cap. 6.
sia Iudaica & Christiana, ab omnibus Sacræ Scripturæ versionibus, quotquot שלו Selav *non retinuerunt, aliisque Commentatoribus inferebat; & si vel vera foret, cum magno tamen* paradoxo *erat conjuncta, sic ut vix posset populo pro suggestu vel ab eloquentissimo per-*
2 *suaderi, sententiam temerè mutarem, aut aliam, re non satis perpensâ, adoptarem: constitui legere ac relegere textum, ubi de hoc problemate agitur, sacrum, ad omnes historiæ circumstantias, seriem ejus totam, verborum ac phrasium emphasin attendere, atque tum conferre inter se, quæ viri duo summi* Bochartus *&* hic novæ sententiæ autor *de hoc argumento prolixè in utramque partem scripsissent, quò sic ex rationum collatione pateret, utrum satis graves essent discedendi à sententia recepta: utrum etiam, si vel tales darentur, nova hæc firmioribus niteretur, & non solùm respectu communis sententiæ potior esset, sed & in se examen rigidum posset sustinere.*

3 *Quod ubi à me factum, solo certè verum indagandi & sacras literas illustrandi studio, visus mihi sum cernere, non satis causæ esse deserendi vulgatam* שלו *significationem: neque si vel hæc deserenda foret, novam tamen illam de* locustis *posse mihi ceu potiorem probari. Id autem dum ostendere conor, omnia lectoris cujuscunque & ipsius Viri illustris judicio meliori submitto, obnixè rogans, ut curas secundas huic suæ sententiæ illustrandæ & stabiliendæ impendere dignetur.*

1 OMnino decet virum doctum atque cordatum à sententia communiter recepta &. Cap. 7.
non temerè discedere, nisi re penitus exploratâ, & rationibus omnibus bene ponderatis; præsertim in rebus ad expositionem S. textûs pertinentibus. Quod sanè me
2 facere oportuit, & me feciisse confido, ut initio hujus tractationis significavi. Neque enim rem tantam putavi, *vocabulum Hebraicum ambiguum & inter ipsos Iudæos controversum* aliter ac vulgò factum exponere; gnarus, vocabula innumera Hebraica *animalium*, *plantarum*, *gemmarum* & similium peregrinarum rerum post captivitatem Babylonicam inter Judæos non ampliùs usitata, usque ad hunc diem non intellecta fuisse: id quoque præstantissimos Rabbinorum libenter agnoscere, quorum verba,
3 privatim *Maimonidis* & R. *Salomonis* in Commentario nostro allegavimus. (d) Hinc 1, 2, 3, 4.
factum, quòd LXX. *Seniores*, Judæi non vulgares, florente adhuc Republicâ Judaica, versionem S. S.^ræ Græcè reddentes, in tot locis & tot vocabulis hallucinati sint, ut eruditis Hebraicè callentibus probè notum. Idque exemplis demonstravimus. Com. d. l.
4 Quam ob causam Theologi gravissimi, aliique viri doctissimi religioni sibi minimè

(d) Lib. I. N. 106. §. 4. pag. 202.

nimè duxerunt, talia glossemata, quæ neque fidem neque mores tangerent, è tenebris eruere, & textui naturæque rerum convenientiùs exponere, non obstante communi & quasi per manus tradita opinione. Quapropter rem tantam non existimave- 5
runt *Beza* & *Deodatus* (viri secundùm *Bochartum* judicii acerrimi) in tali casu à tota Ecclesia Judaica & Christiana, omnibusque S. Scripturæ Interpretibus, ejusq; Commentatoribus, qui *Leviathanem* pro *balæna* habuerunt, dissentire: neque etiam ipse *Bochartus*, descriptione *Behemothi* convictus, dubitavit, contra communem omnium Doctorum tam Judaicorum quàm Christianorum sententiam, *Hippopotamum*, plebi Europæ planè ignotum, exponere; ut taceamus alia exempla quamplurima.

Neque quisquam tam trepidus est concionator, linguæ Græcæ & historiæ natu- 6
ralis peritus, qui vereatur populo pro suggestu indicare ἀκρίδας *Locustas Iohannis Baptistæ* non *carabos*, non *astacos fluviatiles*, nec *pyra agrestia*, aut *extremitates foliorum*, sed *veras* fuisse *locustas*: & Κεράτια filii perditi fuisse *siliquas dulces*, quamvis apud iners nostrum vulgus cum maximo paradoxo conjunctum sit, *locustas hominum cibum: siliquas verò dulces* (vulgò Johannis Brodt) *porcorum pabulum* esse. Neque etiam vera & 7
genuina alicujus vocis significatio inter eruditos propterea dissimulanda est quòd pro suggestu vel ab eloquentissimo persuaderi nequeat plebi, quæ pleraque credit illis, quos amat: quos verò odit, parum.

Equidem ego conjecturæ meæ indulgere eò minus cunctatus sum, quò magis 8
magnum in hac causa dissidium inter *Iudæos* & *Christianos*, imò inter *Ecclesiam Græcam* & *Latinam* animadverti. Neque enim illi consentire dicendi sunt, qui quidem in genere aliquo conveniunt, in specie verò toto cœlo differunt; sicuti infra exemplo
76,2. declaratum ibimus. Quamvis enim supranominati omnes in ave propriè dicta 9
concordent, in expositione speciei tamen in diversa procul abeunt. Nam primi & vetustissimi interpretes supra nominati, nec non *autor libri Sapientiæ* & *Philo Iudæus* שלוים *Selavas* reddiderunt non *coturnices*, sed Ὀρτυγομήτρας *Ortygometras*; quam vocem Ecclesia Græca retinuit.

Cap. 8. [Locum Philonis de vita Mosis in *Commentario nostro* omissum, Latinè minus benè redditum, hîc exscribere juvat: 1

Τοῖς γὰρ ἑσπέραις ὀρτυγομητρῶν νέφος συνεχὲς ἐκ θαλάσσης ἀναφερόμενον πᾶν τὸ στρατόπεδον ἐπεσκίαζε, τὰς πήσεις προσγειοτέρας ποιούμενον, εἰς τὸ εὐθηρον. Συλλαμβάνοντες ἐν ᾗ σπεύδοντες, ὡς φίλον ἑκάστοις, κρεῶν ἀπέλαυον ἡδίστων.

Vespertinis enim (horis) *ortygometrarum nubes continua è mari superillata, universa castra obumbravit, volatus terræ propinquos faciens ad faciliorem capturam. Eas igitur comprehendentes & præparantes, ut gratum singulis, carnibus suavissimis fruebantur.*

Versio vulgò edita paulò longiùs à textu abit; peccat autem in eo, quòd Ὀρτυγομήτρας 2
65, 3. reddiderit *Coturnices*, cùm aves sint planè diversæ, ut infra docebimus. Quæ verò *Philo* de *obumbratione castrorum* & *volatu terræ propinquo* scribit, ea respiciunt *Targum Jonathanis Uzielidis*, qui cumulationem harum avium non capiens, volatum talem finxit, ut quasi duorum cubitorum altitudine à terra distantes ortygometræ eò faci-
d.l. liùs caperentur. Sed ea gratis & contra contextum Scripturæ dici in *Commentario nostro* demonstravimus. §. 92. *Expansionem* Philo æquè ac Josephus omittit. Cæteris 3
quoque glossographis hoc comma de expansione avium herba est vulgò dicta: *Noli me tangere.*]

Cap. 9. At *Ionathan ben Vziel*, ut & *Chaldaicus Hagiographorum interpres* & ipsi antiqui, 1
magnæque apud Judæos autoritatis, *Selavas* incongruè reddunt פסיונים *Phasianos*. Huc respexit *Abarbanel*, dum *Selavas* putat esse מין עופות הגדולים *speciem avium magnarum* (e) scilicet (secundùm Judæum illum,) speciem *magni galli campestris*. Ho- 2
dierni Judæi (si pauciss imos excipias) quidvis aliud comminiscuntur, quàm *coturnices*. tantus inter illos est dissensus. Primus *Iosephus*, cui illa omnia placere non poterant, coturnices reddidit; (ut supra indicavimus) adstipulante *Ecclesia Latina* in vulgata sua, quam vernaculæ omnes in Europa secutæ sunt. Nullus itaque verus hîc reperitur 3
consensus, neque inter *Iudæos* neque inter *Christianos*, eorumque Interpretes & Commen-

(e) In Commentario ad hunc locum. pag. 184. §. 76. & pag. 170. §. 15.

mentatores. Quamobrem nec mihi vitio verti poteſt, quòd in tanta omnium discordia aliud quid textui & naturæ rei convenientius in medium proferre conatus fuerim.

4 Porrò diſſentiunt in ipſa hiſtoriæ traditione *Iudæi* & *Eccleſiæ Romanæ Doctores* à *Proteſtantibus*. Illi enim credunt, *Selavas volaviſſe duorum ferè cubitorum altitudine ſupra terram*; ſatis intelligentes, tot aves in tanta altitudine ſibi incumbentes vivere non poſſe: hi contra, & quidem rectè, *inſtar pluviæ demiſſas humi jacuiſſe, tanquam arenam maris*; argumento *Pſalmi* 78. al. 77. ℣. 2. Commentatorum alii *vivas retentas Selavas*: alii verò *ſtatim occiſas* credunt. Recepta Hebraici textus lectio illas *expanſas*: Samaritana verò *mactatas* tradit: Imò ipſi Judæi ſecundum Talmudem
5 textum ſuum ſic legendum cenſent, ut infra pluribus dicemus. Tantus diſſenſus circa ſpeciem ejasque circumſtantias, conſenſum circa genus planè irritum reddit. Qui, etſi hîc in ipſa ſpecie abſolutè daretur, non magis nos movere deberet, quàm conſenſus Eccleſiæ Græcæ & Latinæ, & nonnullorum Judæorum de vocabulo דודאים, *Dudaim*, quod *mandragoras* unanimiter omnes, ſed parum appoſitè reddiderunt. 106, 3.

1 *Ante omnia verò exiſtimavi haud parum lucis fortè huic problemati illatum iri*, ſi à certis dubia: & controverſa à non controverſis *diſtinguerentur*, *quò ſic eò melius*, *in quo* D. Cap. 10.
2 *conſiſteret diſſenſus*, *momentum appareret*, *ac ſententiarum collatio fieri poſſet*. *Certas ergo credidi* hypotheſes *præmittendas*, *quas textus ſacer mihi evidenter ſatis ſuppeditare videbatur*, *atque tum illum abſtrahendo ab hypotheſi*, *quid propriè eſſet* שלו, *conſiderandum*.

3 Methodus ad veritatem certè tutiſſima eſt *liquidum* ab *illiquido*, *certum* ab *incerto* ſeparare. Transeamus ergo ad *hypotheſes*, quas neceſſarias & abſolutè certas
4 eſſe oportet, ſi certi quid illis tanquam fundamento ſuperſtruere velimus. Neque enim ſufficit hypotheſin aliquam per ſe dubiam argumentis atque inductionibus ſtabilire; aliàs rurſus de ſequelis diſputandum, & ad novas hypotheſes confugiendum eſt; qua ratione omnis diſputatio vana atque fruſtranea evadit. Sed audiamus illas. Ex.

1 D. Hypotheſes autem illæ erunt:

Prima

Plebem Iſraëlitarum carnem à Deo petiiſſe, vel potius ſibi à Moſe aut undecunque dari non ſine fletu deſideraſſe. Num. XI. ℣. 4. 10. 13. 18. Cap. 11.

2 Petiiſſe Iſraëlitas carnem à Deo vel potiùs à Moſe in allegatis verſibus ῥητῶς non extat. ℣. 4. concupiſcentia quidem & deſiderium vagum refertur, his verbis: *O ſi quis daret nobis comedere carnem*, *&c.* Sed nulla petitio; quæ nec verſ. 10. nec 18. re-
3 peritur. Bene autem tenenda eſt differentia inter *concupiſcentiam* ſeu *deſiderium*: & *petitionem*. Deſideramus ſæpe & optamus etiam præterita & factu impoſſibilia; ut ſi quis dicat: Ex.

O mihi præteritos Iupiter ſi referat annos!

cùm quivis facilè ſciat præteritos annos ſibi referri non poſſe: vel quod Auguſtinus optâſſe vulgò dicitur: (f) *Videre Paulum in ore*, *Romam in flore*, & *Chriſtum in carne*,
4 cùm tamen nihil horum contingere illi potuerit. Quid dicemus de murmurantibus iſtis Iſraëlitis? Nihil aliud ex toto contextu apparet, quàm *indignatio* & *murmur*: *comparatio miſeri ſtatûs præſentis cum præterito felice*. *Querelæ & lamentationes ex mera deſperatione & diffidentia erga Deum benefactorem omnipotentem profectæ*, quaſi carnem non
5 magis quàm piſces & olera illis in deſerto dare poſſet. Nam verba illa ℣. 4. מי יאכלנו בשר *quis cibabit nos carne?* ſunt verba *deſperantium*, *non petentium*, atque id ipſum eſt grave hoc peccatum, quod illis exprobrabatur, כי מאסתם את יהוה *quia con-*
6 *temtui habuiſtis Dominum*, idque tanta pœna poſtea luendum erat. Quod autem Moſes, planctus Iſraëlitarum apud Deum ℣. 13. referens, illos dixiſſe ait: *Da nobis carnem*, *ut comedamus*, id ☞ † διάνοιαν per exprobrationem quandam accipiendum, quod Moſes, ceu ductor populi, illis de commeatu non tempeſtivè proſpexiſſet.
7 Quòd enim talia verba dixerint, in hiſtoria antecedente non occurrit. Quin & ſi petiiſſent, id magis ex *deſperatione & indignatione*, quàm bonâ erga Moſen ſpe & fiduciâ

(f) Quod equidem in operibus ejus viri docti reperire nequeunt.

factum fuiſſet, ſperantis enim & confidentis non eſt flere nec murmurare.

Cap. 12. Ad iſta Cl.mus autor noſter reſpondet, replicando: *ſe ipſum petitionem & deſiderium diſtinguere, licet enim petitio carnis in allegatis verſibus* ῥητῶς *non reperiatur, Deum tamen fletum & deſiderium Iſraëlitarum ſic exponere.* ℣. 18. *in verbis:* parate vos in craſtinum ut comedatis carnem, quia fleviſtis audiente Jehovah, dicendo: *O ſi quis daret nobis carnem, &c.* q. d. ſatisfiet deſiderio veſtro. *Imò Moſen fletum illum dicentium*, quis cibabit nos carne? ℣. 13. *exponere per poſtulatum:* Da nobis carnem ut comedamus. *Verba autem illa*, quis cibabit nos carne? *deſperantium ſimul & quoque petentium* vel *potius deſiderantium eſſe poſſe, utut citra ſpem & confidentiam.* Hæc ille pro confirmanda prima hypotheſi. 1 2

At nos deſperationem vel deſiderium citra ſpem & confidentiam cum petitione nullatenus conſiſtere poſſe cenſemus. Sunt enim verba illa, *quis cibabit nos carne*, merè deſperantium, nullatenus verò ordinatè deſiderantium, multò minus petentium. Id vel ex hoc colligi poteſt, quod olerum & piſcium ſimul meminerint, quos non ſine riſu in deſerto Arabiæ Petreæ petere poterant. Præterea ex Hebraiſmo notum, talem ἐρώτησιν (g) vim fortiter negandi in S. Scriptura ut plurimum habere, ita ut in abſolutam negationem reſolvenda ſit; ut מי כיהוה אלהינו *Quis eſt ſicut* IeHoVaH *Deus noſter?* Id eſt nemo prorſus Pſal. 113, 5. את דורו מי ישוחח *Generationem ejus* (ſcil. æternam) *quis enarrabit?* i. e. nemo planè Eſa. 53, 8. Sic in N. T. Chriſtus ait: *Quis veſtrûm redarguet me de peccato?* i. e. nemo unquam. Joh. 8, 46. Nec non in epiſtola ad Hebræos cap. 1. 5. *Cui angelorum unquam dixit: filius meus tu es?* & ℣. 13. *Sede ad dextram meam!* i. e. neminini unquam. Sic in hoc noſtro loco: *Quis cibabit nos carne?* idem eſt ac ſi flentes dixiſſent: *Nemo nos cibabit carne in hoc deſerto,* Num. 11. 4. *uti nec oleribus, nec piſcibus.* Integra textus Paraphraſis rem clariorem reddet: *Turba plebis è medio caſtrorum promiſcuè collecta prava cupiditate ferebatur: nec non familiæ ipſæ Iſraëlitarum*, miraculoſæ conſervationis divinæ oblitæ, *flebant* querebundi lamentantes: Eheu nos miſeros! ℣. 5. In Ægypto *piſces edebamus gratis: cucumeres, pepones, olera varia, nec non cepe & allia* affatim ſuppetebant. ℣. 6. *Iam verò nil niſi vilem Mannam accipimus. Hinc corpora noſtra planè ſunt exſucca & emaciata. Nemo enim nobis dabit carnem in deſerto*, quâ vires noſtras reſtaurare poſſimus. Hæc ſumma eſt querelarum. Cùm vero manifeſtò tenderent in contemtum divinæ Majeſtatis, cujus omnipotentiam toties experti fuerant, ira accenſus DEus populo non ſupplici, ſed contumaci etiam hac vice, tametſi non rogatus, oſtendere voluit *manum ſuam non breviorem factam*, i. e. potentiam ſuam non imminutam eſſe; ideò juſſit Moſen indicare illis: *ut pararent ſe ad manducandum carnem, quam ſibi in deſerto dari non poſſe putaverant.* Quæ cum ita ſint, dici non poteſt, Deum deſperantis populi *querimonias* pro *petitione* exponere. Quamvis etiam hypotheſin ſuam limitare videatur Cl.mus autor, *vel potiùs à Moſe, &c.* dicendo, id nihilo magis ad rem facit, quia (ut ſupra docuimus) verba & animus Iſraëlitarum non ita comparatus erat, ut exponi poſſit per tale poſtulatum, quod aliquam gratificationem à Deo vel à Moſe mereretur. 3 4 5 6 7 8

Deinde obſtat, quod Moſes conqueſtionem populi non, ut aliàs preces illius, cum interceſſione aliqua ad Deum tulerit; ex quo ſatis apparet, quod querelam ejus pro æqua petitione non habuerit; quia tantùm refert lamenta & queſtus populi contra ſe, & ſimul prodit diffidentiam ſuam propriam contra Deum, dum putat, tantam copiam animalium dari non poſſe, ut toti populo ſatisfiat, tantùm abeſt, ut nomine populi aliquid à Deo petierit; ſicuti in ſequente hypotheſi pluribus dicetur. 9

Prima ergo *hypotheſis*, à qua cæteræ dependent, ſi non prorſus infirmata, planè tamen eſt controverſa, ita ut pro certa & non controverſa habeti minimè poſſit.

Cap. 13. D. *Sequitur ſecunda Hypotheſis.*

Carnem quoque eorum nomine petiiſſe Moſen, dum cum Deo expoſtularet. ℣. 13. 21. 22. 1

Bz. NEque in his commatibus ulla ullius petitionis mentio fit, neque etiam expoſtulatio Moſis cum Deo erat de carne, ſed *de munere nimis oneroſo*, quod Moſes ſibi impo- 2

(g) Vide Sal. Glaſſium in Philol. ſac. Lib. V. tract. 2. cap. 5.

impoſitum querebatur, ℣. 11. & 12. Etenim ſi quis totius textus συνάφειαν bene conſideret, *expoſtulationē* Moſis cum Deo, non de defectu, ſed de *quantitate* carnis, acciden-
3 taliter contigiſſe reperiet. Principalis querela, quam Moſes ad Deum ferebat, erat, *quòd onus univerſi populi regendi ferre, & inſuper ſeditioſas voces audire cogeretur.* ℣. 13. exempli tantùm cauſa refert *lamenta populi ob defectum panis, quem ille parare non poſſit*, & ſtatim ſubjungit ℣. 14. *Non poſſum ego ſolus ferre totius populi hujus onus, quia gravius eſt, quàm ut ſolus ſuſtineam.* Tantum abeſt, ut petat panem à Deo, *ut* ℣. 15. *potiùs velit necari, niſi ſibi ſubveniatur in ferendo iſto onere.* Materia itaque expoſtulatio-
4 nis non erat panis, ſed moleſtiſſimus populi ſeditioſi ducatus. Propterea Deus, ut afflictum ſolaretur ℣. 16. *ſeptuaginta ſeniores* tanquam regiminis adminiſtros ordinavit; ne ſolus tantum onus ferret. Ut autem occaſionem præſentis tumultus quoque tolleret, non Moſe flagitante, ſed ſua ſponte ℣. 18. populo carnem ad ſatietatem pollicetur. Hîc demum expoſtulatio Moſis cum Deo ſuper quantitate carnis incidenter orta eſt, ℣. 21. quantam Moſes in deſerto vix dari poſſe putabat. tam puſillæ fidei erat in iſta conſternatione tantus miraculorum patrator. Eo ipſo liquet illum de petitione carnis minimè cogitaſſe. Quomodo enim peteret id, quod ſufficienter dari poſſe non credebat.

5 Equidem pro ſtabilienda hac ſua hypotheſi autor noſter ait: *Expoſtulatio Moſis* ℣. 13. *non quidem petitionem exhibet directè, ſed tamen continet implicitè, quatenus populi poſtulatum de carne danda Deo proponit.*

6 At nos paulò ante diximus *non implicitas* ſed *explicitas* atque indubias eſſe oportere hypotheſes, ſi eas tanquam commune principium & ſolidum disputandi fundamentum ſubſternere velimus, aliàs ſuper illationibus & probationibus denuò diſputandum erit, uti hîc fit. Querelas autem populi Moſen Deo propoſuiſſe, non, ut poſtulatum, ſed ut ſeditioſa verba, tanquam ſui tormentum, paulo ante demonſtravimus. Manet itaque & hæc hypotheſis ſi non plane invalida, attamen controverſa, ac ob id ad disputandum inidonea.

1 D. *Tertia Hypotheſis eſt* Cap. 14.

Et quidem carnem qualem in Ægypto habuerant ℣. 4. 5. 18.

2 CEſſante petitione carnis, ut modò audivimus, fruſtra de *qualitate* ejus quæritur. Rz. Neque etiam de illa in verſibus allegatis agitur, nam ℣. 4. *deſiderium carnis inordinatum* exponitur quidem, ut ad hypotheſin primam diximus, nulla neque *qualitatis* neque *Ægypti* mentione factâ. Verſus 5. *Ægypti* quidem meminit, his verbis: *recordamur piſcium, quos edebamus in Ægypto gratis, cucumerum & peponum & porrorum* (h) *& ceparum & alliorum.* At de carne prorſus nihil habet, multò minus de ejus qualitate. Verſus 18. quem mox integrum dabimus, *concupiſcentiæ* carnis generalem tantùm facit mentionem, qualitatis nullam.

3 Ad quæ autor noſter: *Licet verſ. 4. nulla Ægypti & verſ. 5. nulla carnis fiat mentio, tamen nexus inter verſ. 4. & 5. & querelarum ſeries continua videtur inferre, quòd dum mentionem ſtatim injiciunt piſcium, quos ederint in Ægypto gratis, hoc ipſo ſimul teſtentur, ſe* carnem huic ſimilem *expetere, atque dum provocant ad cibos* Ægypti, *eo ipſo haud obſcurè indicari, qualem expeterent carnem.*

4 Nos iterum atque iterum reſpondemus, in disputationibus ad hypotheſin aliquam ſtabiliendam non ſufficere, quòd hoc vel illo modo aliquid colligi vel inferri poſſit: vel hoc vel illud non obſcurè indicetur vel videatur; quoniam clara & liquida oportet eſſe omnia quæ ſupponuntur, ſi cum adverſario aliquo utiliter progredi velimus. Etenim niſi idem & alteri videatur, fruſtra eſt hypotheſes formare, aut theſes dubias ita vocare.

5 ADdit ad hanc hypotheſin autor noſter ſequentem rationem: *Notam enim ſibi* D. *carnem expetebant.*

Si

(h) חציר propriè *Gramen* ſignificat, quod, cùm inter cibos humanos non eſſet, Lxx. interpretes πρόσα *porros* reddidere, per conjecturam, ut mihi videtur, quaſi ſequentibus vocibus affinis eſſet. Ego *lactucas* vel *olera* ex Arabiſmo reddere malim, quæ in Ægypto dantur præſtantiſſima. Hæc vox etiam alibi malè redditur *fœnum*, Eſa 40, 6. 7. *Gramen* enim exſiccatur, non *fœnum*, quod jam ſiccum eſt.

Si carnis Ægyptiacæ in verſibus allegatis mentio facta fuiſſet, autor noſter non opus habuiſſet, hanc rationem addere. Addidit autem, ut infirmitatem hypotheſeos ſuæ aliunde firmaret. Certum enim eſt neminem *ignotum quid expetere*, quia 7
ignoti nulla cupido: nec id petimus, quod non novimus. Præter hanc rationem deſcribit quoque qualitatem carnis petitæ, *quâ videlicet cum deliciis veſcerentur*. Hoc præter ſcripturam. Verum enim verò cùm nulla prorſus detur *petitio* carnis, ideò nec de qualitate ejus quæri: multo minus illa à deliciis deſcribi poteſt. Et ſic in irritum cadunt tres iſtæ hypotheſes. Quin & ſi illas in gratiam autoris noſtri largiremur, nunquam tamen evinceret

Cap. 15. *Quartam*

D. *Datam etiam illis fuiſſe talem à Deo.* ℣. 18.

℟. CArnem nimirum *qualem in Ægypto habuerant, quâ cùm deliciis veſcerentur*. Sed 1
conferat quæſo ſtudioſus Lector ipſa autoris noſtri verba, quæ infra ſecun- 2
c. 953. dum ſuam hypotheſin de tractatione coturnicum habet Art. VII. Res poſcere videtur, ut ea hîc ſtatim proferamus: *Vtique vento valido*, ait, *fuerunt in terram dejectæ & proſtratæ*, [coturnices] *atque ſic jacuerunt non mortuæ quidem, ſed propemodum exanimatæ*, &c. Et paulo poſt: *Quid ſi enim vel plane exanimes tandem altero die fuerunt? A Deo datæ videri poterant exceptionem à regula de morticiniis dare. Et naſeam tandem ex hac carne conceptam ſatis indicant verba* ℣. 20. Porro Art. VIII. *Nihil nos cogit, ut ſup-* 3
ponamus coturnices legaliter à Iudæis fuiſſe præparatas, mactatas, & exenteratas; deplumatas fuiſſe ſufficit. Dederat eas Deus in concupiſcentiæ pœnam hominibus avidis, ut non ederent ſed vorarent. Quis credat eos de ſuffocato & ſanguine ſollicitos fuiſſe? Item Art. IX. *Semimortuas ſtatim poſt capturam & collectionem, vel etiam exanimes prorſus menſuratas fuiſſe magis veriſimile eſt, & contextui quadrat.* Fiat nunc applicatio. Datáne fuit à 4
Deo talis caro, qualis in hypotheſi tertia deſcribitur? qua ſcilicet cum deliciis veſcerentur. Igitur planè falſam eſſe hanc hypotheſin ipſe effectus docuit; ſi ex mente autoris noſtri loquamur. Nec magis confirmatur verſu 18. allegato, qui ſic habet: *Parate vos in craſtinum, ut comedatis carnem, quia ſleviſtis audiente Domino, dicendo:* O! ſi quis daret nobis carnem comedendam, nam bene nobis erat in Ægypto: *& dabit vobis Dominus carnes & comedetis.* De qualitate carnis hîc nihil, multominus de tali quâ cum deliciis veſcerentur. Profectò Deus non tenebatur ſeditioſis carnem 5
dare, qualem illi expeterent, vel fortaſſis in animo haberent. In pœnam concupiſcentiæ (ut rectè loquitur autor noſter) & ſimul oſtendendæ omnipotentiæ divinæ ergo carnem daturus, qualemcunque, licet eſu ingratiſſimam, in furore ſuo illis dare poterat; modò carni quodammodo ſimilis eſſet; ſicut pro promiſſo pane aliud ana-
c. 81,3. logum quid nempe *Manna* datum fuit, ut infra ſuo loco fuſiùs declarabimus.

Hac occaſione differere juvat de verbis *Libri Sapientiæ* Cap. XVI. 2. quia & 7
illa quartæ hypotheſi obſtant. Ea ſunt ξένιον γεῦσιν τροφὴν ἡτοίμασας ὀρτυγομήτραν. *Novum ſaporem* (Vulgata habet,) [rectiùs: *Peregrinum ſaporem* ut Arabicè غريبة طعمة] *in cibum paraviſti* (nempe) *ortygometram.* De hâc utpote ave ſibi ignota hîc loquitur autor illius libri. Si talem carnem accepiſſent, qualem in Ægypto habuerant, non potuiſſet vocari *peregrinus ſapor.* Rurſus idem autor Selavas vo- 8
cat νέαν γένεσιν ὀρνέων *novam generationem avium*, nempe *ortygometram. Sap.* XIX. 11. & 12. Si *coturnices* aut alias aves notas intellexiſſet, nunquam νέαν γένεσιν vocaſſet. Hæc ſcripta ſunt eo tempore, *quô Iudæi majorem adhuc harum rerum notitiam habuerunt quàm hodie*, ut Cl.^mus Vir ipſe infra in Collatione utriusque ſententiæ
72,1. Art. I. bene loquitur. Vulgata, quæ aliàs *coturnicem* habet hoc in loco cautè re- 9
tinuit *ortygometram*, quia *novus ſapor* & *nova creatura* minimè quadrabat in coturnices, cibum in Ægypto communiſſimum & vetuſtiſſimum. Vernacularum interpre- 10
tes, hanc objectionem non prævidentes, vel non curantes, parum congruè pro Ortygometra Wachteln/*Cailles*, *Quaglie*, *Codornizes*, &c. poſuerunt, cùm inveſtigare debuiſſent, quomodo aves illæ apud ſuos vocarentur, Veluti Helvetios Eggenſchär/ ſive Graßrätſcher/Belgas Schriek/&c. De his enim *novus* vel *peregrinus ſapor*: & *nova*

gene-

generatio, eine neue Art Vögel / i. e. *Novum genus avium*, rectè dici potuisset, non de coturnicibus.

11 Clarissimus autor noster objectionem hanc soluturus, putavit coturnices ratione deserti peregrinum saporem dici, *ubi scilicet talis cibus revera esset rarus & peregrinus.* Νέαν γένεσιν *verò ideò vocari, quòd copia innumerabilis istarum avium quasi tum demum miraculosè producta fuisset.* Sed hæc gratis ita dici, quilibet intelligit, quia autores Libri Sapientiæ & Vulgatæ non de coturnicibus sed de ortygometris, raris & populo Israëlitico reverâ peregrinis avibus, manifestè loquuntur.

1 D. *Quinta Hypothesis.* Cap. 17.

Et quidem talem, qua etiam Mosi dubitanti satisfieret. ℣. 23.

2 NEc ista hypothesis firmo talo stat, quia versus 23. de *qualitate carnis* nil planè habet, de *quantitate* solùm loquitur: *Sexcenta millia peditum hujus populi sunt, & tu dicis:* Dabo eis esum carnium mense integro. *Numquid ovium & boum multitudo cædetur, ut possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in unum congregabuntur, ut eos satient? De quantitate* igitur hîc sermo est, *non de qualitate.* De quantitate autem carnis immensa Israëlitis concessa, nullum est dubium: at istud hic non est in quæstione. Rz.

3 Cl.mus autor noster hypothesin quintam firmaturus ait: *Deum Mosen ad eventum remisisse, eoque satis indicasse, quod scrupulum facto ipso ei esset exemturus, non quoad quantitatem solùm, sed etiam quoad qualitatem, cùm aliàs exceptioni fuisset locus, datum fuisse aliquid, sed non esse carnem, adeoque nec sibi nec populo satisfactum.* Quibus verbis agnoscit autor noster, non ex textu allegato, sed argumento illius qualitatem propositam

4 probari, ne scilicet exceptio contra Deum de non verâ carne datâ nasceretur. Num verò Moses tali exceptione usurus, vel Deus illam præventurus fuisset, si non talem, qualem Israëlitæ vel ipse Moses sibi imaginati fuerant carnem, dedisset: & num hoc facto hypothesis ista defenta sit, ut inter certas & non controversas referri queat, judicent Lectores; ego certè non crediderim.

1 D. *Sexta Hypothesis.* Cap. 18.

Hanc carnem fuisse cujusdam volatilis & quidem עוף כנף *Psal. 78. v. 27. i. e.* volucris alatæ, *ex earum numero, quæ* κατ' ἐξοχήν עוף *seu* volatilia *dicuntur, & à* שרץ עוף reptilibus volucribus *distinguuntur Lev.* XI. v. 13. 20. & *Deuteron.* 14. v. 19. *coll.*

2 VOlucres fuisse *alatas* dubium nullum est, at fuisse ex earum numero quæ κατ' ἐξοχήν עוף seu *volatilia* dicuntur, & à שרץ העוף *reptilibus volucribus* distinguuntur, hic considerandum venit. Rz.

3 In locis allegatis *Lev.* XI. ℣. 13. 20. *Deut.* 14. ℣. 19. *coll.* עוף *volatile* (ut ibi bene redditur à Tremellio) præmittitur, non κατ' ἐξοχήν, sed tanquam per *synecdochen generis pro specie*, & distinguitur postea à שרף העוף scil. *reptili volatili*, i. e. Latinè *insecto volatili.* Ex quo sequitur sub nomine עוף *Volucris* vel *volatile* comprehendi tam *aves* quàm *insecta volatilia:* nec aliter distingui quàm genus à suis speciebus. Aliud esset, si in locis allegatis עוף כנף *avis* vel *volucris alata* distingueretur à שרץ

4 העוף *ave* seu *volucri reptili*, quod hîc non fit. Igitur ex his locis nihil inferri potest pro adjunctis ad hanc hypothesin, nec ipsa hypothesis per ea probatur. Nos verò infra probatum dabimus, *aves propriè dictas* specialiter dici צפור apud Hebræos, & in Bibliis distingui ab עוף כנף *volucribus alatis:* vel simpliciter à כנף *alitibus* quæ aliæ

5 esse non possunt, quàm *insecta volatilia.* Insistit quidem autor noster sententiæ suæ, *Videri tamen*, inquiens, *in loco Levitici* עוף κατ' ἐξοχήν *pro* avibus *poni, quia ponatur absolutè, cùm aliàs limitetur addito vocabulo* שרץ *reptile. Quod si vel per* synecdochen generis pro specie *fiat, non minus tamen* κατ' ἐξοχήν *fieri. Deinde* τὸ העוף *in Levitico respondere* τῷ צפור *in Deuteronomio.* Hæc ille.

6 At nos infra docebimus עוף non tantùm de *avibus*, sed etiam de *insectis* volatilibus absolutè poni, atque sic esse *genus* & *avibus* & *insectis volucribus* commune. Qua-

7 re pro avibus propriè dictis ad hanc hypothesin confirmandam nihil facit. Deinde synecdochen generis pro specie non distinguere videtur autor noster à dicto κατ' ἐξοχήν,

quod tamen diſtinguunt Rhetores, ubi nimirum nomen commune pro uno quodam proprio ponitur, ut *Propheta* pro *Moſe* Hoſ. 12. v. 14. *Flumen* pro *Euphrate. Gen.* 31. v. 21. *Pſal.* 72. v. 8. quod hîc non fit. Igitur accuratè loquendo hîc non eſt dictum κατ' ἐξοχήν 8
quia non de una aliqua ave prædicatur, ſed de multis, nec ulla in *Vlula, Bubone* vel *noctua* (eæ enim τῇ עוף ſubordinantur) reperitur præſtantia, manet ergo & eſt nihil aliud quàm *ſynecdoche.* Quicquid ſit, ſumma iſtius hypotheſeos, ſi eam rectè ca- 9
pio, hæc eſt: *Carnem, de qua* Num. XI. *fuiſſe carnem alicujus avis.* Iſta eſt aſſertio autoris noſtri. Quid autem huc faciunt loca citata, ubi neque de carne in genere, neque de carne deſerti in ſpecie agitur; quod tamen hîc erat probandum. Neque etiam עוף כנף ibi reperitur, ſed עוף ſimpliciter, quæ vox omne volucre in genere denotat, ideoque *inſectis volatilibus* æquè ac *avibus* competit, ut modò diximus, & infra in quæſtionibus controverſis ampliùs dicemus.

Cap. 18. D. *Septima Hypotheſis.* 1

HAs *volucres alatas vento quodam fuiſſe de ſuperficie vel ora maris adductas, dum ei incumberent. Ea enim emphaſis eſt vocis* ויגז & abripuit ℣. 31. *cum aliàs* גזז tondere *propriè ſignificet, & tam de ovibus tonſis, quàm de Iobo capillos evellente, vel caput ex luctu tondente* Job. 1. v. 20. *accipiatur. Qui locus tamen parallelus in Medraſch ſimul arreptus,* 2
ut (referente Baal hatturim) *per quam ineptè colligeretur, plures Iſraëlitarum hoc deſcenſu* τῶν שלוים *fuiſſe occiſos quam ipſa plagâ, eò quod in capita ipſorum fuerint dejectæ. Nam* Jobum *totondiſſe caput propter liberos, qui ruinâ domûs erant oppreſſi, & ita hîc in luctu fuiſſe cæteros, ob eos qui caſu* τῶν שלוים *erant occiſi.*

Bz. AD hypotheſin hanc parum habemus quod moneamus. גזז à גזז diſtinguunt *Pa-* 3
gninus & accuratiores Lexicographi, & in genere *avellere* vel *removere:* hoc verò in loco propter venti vehementiam *abripere* vel *abreptare* reddunt. Deinde non multùm ad rem facere videtur, ſive מים *de ora*, ſive *de tractu* aut *plaga maris* (quod mihi aptius videtur) accipias. Ineptias *Baal-hatturim*, dicentis: *In capita dejectas fu-* 4
iſſe ſelavas iisq; plures occiſos quàm ipsâ plaga, riſi: ſimulque recordatus ſum verborum Alvarezii *in Comm. noſtro p.* 174. §. 32. allegatorum, qui ſcribit: *Tanta vis locuſtarum in nos irruebat, ut non aliter nobis videretur, quàm ſi nobis coſtas & capita perfringere vellent, tanquam lapidum aut clavarum ictibus; &c.*

Cap. 19. D. *Octava Hypotheſis.* 1

Easdem ingenti copia quaqua verſum quaſi itinere unius diei hinc: & quaſi itinere unius diei illinc circa caſtra diſſeminatas, ſic ut toto illo die, & tota nocte, & toto poſtero die colligentibus ſufficerent ℣. 31. 32. *& cibum vel in menſem præberent.* ℣. 20.

D. *Nona Hypotheſis.* 2

Copiam earum quoque ex menſura deſcribi, nempe decem חמרים Chomarim ℣. 32.

D. *Decima Hypotheſis.* 3

Easdem denique circa caſtra expanſas fuiſſe diligenter ℣. 32. eod. *Hæc ergò* ἐξαγώνια *videbantur, utut ad controverſiam decidendam pertinerent.*

Bz. AD has tres hypotheſes nihil habemus quod regeramus, neque etiam nobis adver- 4
ſantur. Reliquæ autem omnes ad controverſiam decidendam nihil vel parùm nobis facere videntur, ut ex tenore hujus exercitationis conſtabit.

Vſum tamen habituras, cùm ad controverſias & ſententiarum collationem ventum fuerit, autor noſter opinatur. Qui hoc pacto pergit:

Cap. 20. D. *Controverſa verò eſſe putabam.* 1

I. *Num inſecta etiam poſſent* עוף כנף *vocari?*

Bz. ESt hæc una è quæſtionibus totius cauſæ præcipuis, quia *Selava* Pſ. 78, 27. עוף כנף *Volucris alata* vocatur; cujus affirmativam ſi evicerimus, ex hoc ſcripturæ loco bonum pro locuſtis habebimus argumentum.

D. *Affirmandum videbatur.* 2

(1.) *Quòd* עוף *nomen generis ſit, & inſectis quibusdam quoque ſint alæ.*

Ratio-

3 RAtiones affirmantes ſanè ſunt graviſſimæ; nam *Primò* veriſſimum eſt, *vo-* Rt.
cabulum עוף *volucris* ſeu *volatile apud Hebræos nomen generis eſſe, adeoque &* צפורים
4 *aves plumis veſtitas, &* שרץ העוף *inſecta volatilia ſub ſe comprehendere.* Iſtud liquet Gen. VI. 7. ubi interitus omnium animalium declaratur his verbis: *Delebo de facie terræ* מאדם עד בהמה עד רמש ועד עוף השמים *ab homine usque ad pecudes ad reptilia &*
5 *usque ad volucria cœli.* Ηετενὰ rectè habent Lxx. Sub his *volucribus cœli* utique ſubintelliguntur *& inſecta volatilia*, quæ ſimul cum reliquis animantibus in diluvio perierunt. Ergò עוף *genus eſt & avium & cæterorum volatilium.*

6 Locum hunc *non ſtringere* putat autor noſter, *quia inſecta volatilia etiam ſub voce* רמש reptile *comprehendi poſſint: neque hic addatur* האדמה ut ℣. 20.

7 At ſciendum רמש in ſignificatione generali denotare *locomotivam omnium animalium*, ſeu clariùs: *Omnia animalia ſeſe moventia*, ut כל רמש אשר הוא חי לכם יהיה
לאכלה *omne quod ſe movet & vivit, erit vobis pro cibo*; qui locus malè de *reptilibus inſectis* acciperetur: in ſignificatione ſpeciali verò, quando aliis animalium ſpeciebus
8 opponitur *reptilia terreſtria* unicè denotat, licet non addita ſit vox יוצרמה. Nam ſine hac reperitur *Gen.* 1,24. *Producat terra* תוצא הארץ נפש חיה ורמש וחית הארץ *Pecudes & reptilia & feras terræ*; quo in loco manifeſtè *reptilia terreſtria* denotat: de volatilibus enim jam actum erat ℣. 20. Quapropter & in illo commate, ubi aliæ ſpecies ſimul nominantur, רמש non niſi de terreſtribus reptilibus accipi poteſt. Quid denique opus eſſet hîc inſecta volucria ſub רמש referre, cùm aliunde indubiè conſtet ea ſub עוף השמים commodè referri poſſe.

9 Secundò *Gen.* VI. 20. *reptilium terreſtrium* expreſſa: *volatilium* verò voce generali העוף implicita fit mentio. Et ſic alibi paſſim. Idem apparet *Lev. XI, 13.* ubi עוף dicitur primò de *avibus* propriè dictis: deinde ℣. 20. 21. & 23. de *inſectis volatilibus*, addito epitheto ſpecifico שרץ *reptile.*

10 Tertiò *Deut.* XIV. 11. clarior res eſt. Hîc enim vocabulum generale עוף *Volatile*, quod *Levit.* XI. 13. ſynecdochicè pro ſpecie poſitum erat, per ipſam ſpeciem צפור exponitur, his verbis: כל צפור טהור תאכלו *omnem avem mundam comedetis*, &
11 ſic liquet quod עוף notione generali *avem* denotet. At ℣. 19. altera ſpecies volucrium exprimitur כל שרץ העוף טמא הוא לכם *Omne reptile volatile immundum erit vobis*; mox exceptio per nudum vocabulum עוף declaratur: כל עוף טהור תאכלו [at] *omne volatile* [ſc. inſectum] *mundum* (alibi ſcil. *Lev.* XI. declaratum) *comedetis.* De *avibus* enim mundis jam ante ℣. 11 actum erat, ideò hoc comma non denuò de illis, ſed de *inſectis volatilibus* neceſſariò accipiendum eſt, atque ſic rurſus liquet עוף notione generali etiam inſectum denotare. Non κατ' ἐξοχὴν accuratè loquendo, ſed per *ſynecdochen generis pro ſpecie.*

12 Autor noſter non putat comma illud: *omne volatile mundum*, &c. de inſectis volatilibus, *quaſi per exceptionem accipiendum, ſed potius pro clauſula generali, & aves & alia volatilia munda reſpiciente, habendum eſſe.* Cùm verò inſectorum mundorum paulo ante nulla mentio facta ſit, utique nec clauſula aliqua generali copulari cum avibus potuerunt; præſertim cùm nullum vocabulum talis clauſulæ indicium pro connexione antecedentium hîc conſpiciatur.

13 Poſtremò ſupervacaneum eſt, de vi vocis עוף hîc multum disputare, cùm alibi pluribus probaturi ſimus, eam etiam abſolutè poſitam inſecta volatilia ſæpiùs denotare.

1 D. 2. Quod צפור *avis propriè dicta ſit apud Hebræos.* D. Cap. 21.

NOs equidem tali argumento, *Quia* Selava *aliàs nuspiam* צפור avis *vocatur*; *ergo* Rt.
talis non fuit, non utimur. Cæteroquin veriſſimum eſt, צפור quamlibet *avem propriè dictam* ſignificare; prout etiam propriiſſimè dicitur de omnis generis avibus, etiam de maximis, veluti de בת היענה & תחמס *Struthiocamelo* (mare & fœmina) &
accipitre dictô locô *Deut.* XIV. 15. manifeſtô errore eorum, qui צפור *de aviculis* tan-
2 tùm accipiunt. (i) Atque ſic verè contradiſtinguitur שרץ העוף τῷ *Inſecto volatili.*

(i) Schindlerus in Lexico voce צפור, ut & Mercerus; cùm verò idem nomen de avibus maximis prædicetur, nulla apparet ratio, cur id parvis tantummodo tribuere velint: aut cur non æquè propriè magnis ac parvis competat.

17,3. Ut ad hypothesin sextam meritò dixerimus, non κατ' ἐξοχήν, sed per *synecdochen generis pro specie* de *avibus* propriè dictis exponendum esse locum *Lev. XI. 13.*

Cap.22.D. 3. *Quòd sub* עוף כנף *in prima creatione comprehendi videantur* Gen. 1, 21. I

Bz. OMni dubio caret, sub עוף כנף *volucri alato* in prima creatione d. l. comprehendi quoque volatilia insecta: Moses enim qui versu 24. in oppositione ad alias species
21,8. meminit τῶν רמש *insectorum terrestrium*, non oblitus lanè fuerit *volatilium*. Interpre- 2
tes hunc locum cautè non ὄρνεον, non *avem*, sed *volatile* rectè reddiderunt.

Ad quæ respondet autor noster: *Dicta mea omni dubio non carere. Posse enim* 3
insecta volatilia æquè sub voce שרץ *comprehendi*, ℣. 20. *prout* שרץ עוף *reptile volucre* Lev. XI. 20. 21. *dicatur.* Id verò nos negamus & pernegamus. Videamus ipsum textum ℣. 20. *Dixit Deus:* ישרצו המים שרץ נפש חיה ועוף יעופף על הארץ על פני רקיע השמים *Progignant aquæ progeniem copiosam animæ viventis* [i. e. copiam abundantissimam omnis generis animalium in aqua viventium] *& volucres quoque volantes super terram in superficie expansi cælorum.*

[Radix שרץ de *motu animalium* instar vermium confusè sese moventium accipitur, sicuti *reptilia* faciùnt. Hinc non malè *verminare*, & שרץ *verminatio* à Cocceio redditur. At nos Latiniùs reddere annisi sumus.] 4

Ne verò putemus progeniem seu verminationem istam fuisse parvorum tantùm 5
aquatilium, declaratio fit in versu sequente 21. quod etiam intelligantur התנינם הגדולים *Cete magna* & reliqua viventia, sequein mari moventia; אשר שרצו המים למינהם *quæ progenuerunt aquæ secundùm species suas.* Volucres verò declarantur es- 6
se עוף כנף *volatilia alata.* Rursus ℣. 22. cum benediceret eis Deus, ait, מלאו את המים בימים והעוף ירב בארץ. *Implete aquas per maria, & volucres multiplicentur in terra.* Jam neminem non intellecturum puto, his versibus de duabus duntaxat speciebus *aquatilium* nempe & *volatilium agi. Natantium & volatilium unam originem ponit Moses.* Sic loquuntur clari & judicioli commentatores. (k) Cùm verò *insecta* 7
volucria sub aquatilia referri nequeant, necessariò sub יעופף [אשר] עוף כנף & עוף *Volatilia alata:* nullatenus verò hoc loco sub שרץ *sese moventia in aqua* erunt referenda. Et sic omni dubio etiamnum caret nostra assertio, quòd insecta volucria hîc etiam subintelligantur. Adhæc vocabulum עוף *Volatilia illa* aliàs quoque comprehendere in confesso est, eaque כנפים *alas* habere nemo nescit.

Exegesis ista confirmatur porrò ex versibus sequentibus, ubi רמש *reptile terre-* 8
stre absolutè positum ℣. 20. & mox. ℣. 25. cum epitheto האדמה, dubium nullum relinquit de creatione *insectorum volatilium* jam ante actum fuisse. Istud adhuc clariùs apparet ℣. 26. ubi omnes creaturæ vivæ homini subjiciuntur, *pisces maris, volucres cæli, pecudes*, denique *quicquid se movet & repit in terra.* Quapropter nisi dicere velimus, Mosen omisisse tot notabilia insecta volantia, *apes, locustas, crabrones, &c.* asserere 9
necesse habemus, illa sub עוף כנף *volatilibus alatis* & עוף השמים *volucribus cæli* intelligenda esse, quia sub רמש reptilibus terrestribus, illis oppositis, venire non possunt. Quæ si quis obstinatiùs negare velit, illum decet locum & verba indicare, ubi aliàs *insectorum volatilium* in creatione mentio facta fuerit. Confer quæ supra de radice רמש docuimus.

Cap.23. [Dum hæc tractamus, in versu 26. *primi* hujus *capitis Geneseos* observatu dignam re- I
perimus variam lectionem *Versionis Syriacæ*, quam, etsi à re proposita sejuncta sit, hoc loco interponere operæ pretium putavimus. Illa post verba *Et dominentur in pisces maris & volatilia cœli*, sic habet:

ܘܒܒܥܝܪܐ ܘܒܟܠ ܚܝܘܬ ܒܪ̈ܝܬܐ	*Et in pecudes & in omnes* BESTIAS
ܘܒܟܠ ܙܚܠ̈ܐ ܕܙܚܠܢ ܒܐܪܥܐ *	*terræ, & in omnia reptilia quæ reptant in terra.*

Hîc inserta reperitur *Vox* ܚܝܘܬ *Bestia*, quia interpres Syrus in suo codice pro 2
בכל הארץ reperisse videtur ובכל חית הארץ *in omnes feras* vel *bestias terræ*; quod valde memorabile est. Quia plerisque in locis, ubi τῶν בהמה *pecudum* mentio fit, ibi etiam additæ reperiuntur חיה, vel חית הארץ *bestiæ* seu *feræ*, ut paulo ante ℣. 24. ויעש את חית הארץ ואת הבהמה &c. cap. VII. ℣. 25. בהמה ורמש וחיתו־ארץ &c.

14.

(k) Quos vide in *Poli* Synopsi ad hunc locum.

14. וכל הרמש וכל החיה Psalm. CXLVIII. 10. החיה וכל בהמה quibus in locis ubique contradistinguitur ταῖς בהמה pecudibus, & sic alibi; ut mirum videri
3 possit, *ferarum* mentionem paulò ante factam, hîc non repeti. Deinde insolitum planè putandum est, *dominium universæ terræ* inter *pecudes & reptilia terræ* interponi, quod vel primum vel ultimum locum sibi vendicasset. Nam si Moses ita, ut vulgò legitur, scripsisset, utique in *benedictione*, ubi imperium in animalia ex intentione Dei prima repetitur, *universale hoc imperium in terram*, quod longè majoris momen-
4 ti est, non omisisset. Syriaca illa lectio confirmatur etiam ex *Græca Complutensi*, ubi pro πάσης τῆς γῆς omissa copula καὶ legitur κτηνῶν πάντων τῆς γῆς *pecudum omnium terræ*. Chrysostomus in suo exemplari legit τῶν κτηνῶν, καὶ τῶν θηρίων, *pecudum & fe-*
5 *rarum*. Æthiops meus utramque lectionem habet; *feras, & universam terram*, ne alterutrum omitteret, hoc pacto conjungens:

ወይኵንንት: ዓሣተ: ባሕር: ወአ
ራዊተ: ምድር: ወአዕዋፈ: ሰ
ማይ: ወእንስሳሃሂ: ወኵሉ: ም
ድር ወአራዊተ: ዘይትሐወስ:
ዲበ: ምድር:

Et imperet piscibus maris, & bestiis terræ & avibus cæli, & pecudibus quoque & universæ terræ, & animalibus quæ repunt in terra.

6 Hinc firmiter colligi posse puto, in antiquissimis codicibus Hebraicis & Græcis variantes datas fuisse lectiones, ex quibus eam præferre oportebat, quæ *bestias terræ* habebat, prout Moses procul dubio scripsit.

7 Torsit hic locus Interpretes nonnullos, qui videntes feras, paulò ante in creatione nominatas, hoc loco omissas; *imperium* verò in *universam terram*, hîc expressum, in benedictione non repetitum esse, & satis intelligentes, aliud *regimen totius orbis: aliud animalium esse*, miros sibi imaginantur tropos, ut *terra* hîc ponatur pro *bestiis*, quasi sit meton. *Continentis pro contento*, ut scilicet *profligatis feris homines inhabitent terram*, uti opinatur *Vatablus*: vel inter animalia inferiunt *culturam agrorum, ut cogant*
8 *reddere tibi fructum*, quod faciunt *Fagius & Piscator*. (l) Ego adstipulantibus antiquarum versionum lectionibus in dubio malim omissionem vocis חית *Fera* in statu constructo statuere, quàm sic Scripturam extra oleas interpretari; cùm sciam Rabbinos כ"ח פסוקים פסקן באמצעות פסוק *Viginti octo versus* agnoscere, *qui deficiant in medio versûs*. Quidni sensu, & tot locis parallelis poscentibus idem liceret de uno vocabulo dicere.

9 Sensit quoque difficultatem hujus loci recens in Genesin Commentator solertissimus. (m) Tandem & ipse veram reperit lectionem, quam trepidè & cum quadam veniæ petitione æquis lectoribus proponit, religioni sibi ducens, manum sacris paginis inferre. Laudanda certè est viri hujus religio, nec minus sollicitè observandum monitum, omnibus Philologis necessarium, ut manus à sacro textu abstineant; nimirum *addendo* vel minuendo ea quæ analogiam fidei & bonos mores infringunt, καὶ εἴ τι ὕπερον τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται. Etenim ista omnia Divina providentia sarta 1. Tim. 1, 10
10 tecta conservavit, ut nulla Criticorum opera hîc locum inveniat. At quæ inter indifferentia ponuntur, & sine fidei ac morum periculo adesse vel abesse possunt, veluti hæc verba *in totam terram*, (de quibus autor modò laudatus, *si abessent*, ait, *nihil necessarium deesset*) ea secundum mentem sacri Scriptoris: secundùm constructionem & sensum textus: & bonas Grammaticæ regulas, accedentibus variis lectionibus & interpretationibus antiquis declarari vel emendari tutò possunt. Quippe hoc pacto S. Scripturam etiam in minimis pristino nitori & integritati suæ restituere, si prudenter & solidè fiat, laudem potiùs quàm vituperium meretur. Scimus enim Prophetarum autographa non ampliùs extare, ut ad ea recurrere possimus: apographa verò quibus utimur, scripta esse ab hominibus erroribus atque oscitantiæ obnoxiis, quiq; in similibus ἀδιαφόροις errare atque falli potuerunt: In reliquis verò fidem atq; mores spectantibus, tot loca scripturæ, quæ ea tractant, corrumpere nequiverunt, etiamsi diaboli instinctu id voluissent. Si quis etiam hoc nunc tentare vellet, sacrilegii crimen & pœnam meritò incurreret. Sed ista ὡς ἐν παρόδῳ.]

1 Ast *vernaculas* nobis objicit autor noster. Germanicam **Gefiedertes Gevögel.** Cap. 24.
Angl. *Winged fowl.* Gall. *oiseau ayant aile.* Diodati: *les oiseaux ailés.* Belg. **gevleugelt Gevogelte**/ *quæ insectis minimè quadrare* ait. Verùm (ut nobis videtur) versiones illæ ex Hebraico textu declarandæ sunt, non vice versâ. Ad illas boni Philologi haud facile provocare solent, nisi textum præ veteribus significantiùs expresse-

 rint,

(l) De quibus rursus videri potest Poli Synopsis hoc loco. (m) Joannes Clericus in *Commentario Philologico in Genesin*, Amstel. 1693. in fol. impresso, ad hunc locum p. 13. a.

rint, quod hoc in loco non factum. Scilicet cum istæ versiones concinnarentur, vera notio vocabuli עוף, quæ generalis est, accuratè observata non fuit; hinc multis in locis, ubi *Volatile* reddi debuisset, *Avis* exponitur. Quid enim in vernaculis magis absonum, quàm, ubi de insectis volatilibus sermo est, *aves quadrupedes* effingere, sicuti factum *Lev.* XI. 20. in Germanica Versione: Was sich reget unter den Vögeln / und gehet auff vier Füssen / idem Suedica habet: Allt thet flygh rörar ibland foglarnä och går på fyra fötter. Angl. *All fowls that creep, going upon all fowr, &c.* Siquidem aves quadrupedes in rerum natura non dantur. Gallus hîc cautior factus hunc locum reddidit: *tout reptile volant, qui chemine a quatre pieds.* 2 3

Possemus totius Europæ vernaculas allegare, sed quid hoc ad rem. Nam si autoritatibus certare velimus, tot aliæ versiones sunt, quæ rectè reddiderunt: *Græci* πετεινὸν [non ὄρνεον] πτερωτὸν *Volucrem* [non avem] *alatam.* Vulgata *volatile* & *volatilia cæli* per totum primum caput (n) Geneseos rectè, excepto ℣. 21. ubi perperam *aves.* Tremellius & Junius *Volucres alatas.* Pagninus & Arias-Montanus *volatile alatum*, & sic per totum contextum, ut etiam rectissimè J. Clericus fecit. Castalio *volucres.* Omnes viri Hebraicè callentissimi. Verùm tam claris & perspicuis tam diu immorari nolumus. 4 5

Cap. 25.

D. *Quarta ratio affirmativa est:*

Quòd in illa animalium in arcam Nochi introductione sub volucribus cæli etiam insecta *intelligantur Gen.* 7. ℣. 3. & 8. 14. coll.

1

℟. PRofectò nulla clariora de *insectis volatilibus* sub עוף כנף intelligendis dantur argumenta, quàm in locis Geneseos, quæ de *volucribus* diluvii agunt, nam ubi רמש *reptilium* seu *insectorum terrestrium* expressa fit mentio, ibi vicissim *volatilia* sub generali nomine עוף השמים *Volucrium cæli* comprehenduntur. Locum *Gen.* VI. ℣. 7. ad 20, 4. rationem primam jam adduximus. Similis reperitur *Gen.* VII. 8. sed nullus efficacior est, quàm ℣. 14. *hujus capitis*, qui quartam eamque firmissimam nobis suppeditat rationem. Textus est: וכל העוף למינהו Hoc loco præmittitur כל העוף *omne volatile* tanquam genus, cui statim subjunguntur species per ἀσύνθετον כל צפור כל כנף *Omnes aves* (&) *omnia* (insecta) *volucria.* Quæ secundùm linguæ sanctæ & Latinæ genium clariùs sic reddenda: *Intraverunt ad Nochum omnes volucres secundùm species suas, tam aves quàm cætera volatilia* (i. e. insecta). Eadem manifesta distinctio specierum reperitur Ezech. 17, 23. *Et habitabunt sub ea* כל צפור כל כנף *omnes aves* [& alia] *omnia volatilia* (scil. *insecta.*) Huc pertinet valdè notabilis locus *Psal.* 148, 10. ubi animalia Deum laudantia recensentur חיה וכל בהמה רמש וצפור כנף *Bestiæ* & *omnes pecudes reptilia* & *aves* (& alia) *volatilia* (scil. insecta.) 2 3 4

Ἀσύνθετον, seu *ellipsis copulæ* Hebræis aliàs frequentissima, & hîc observatur; quæ ubique supplenda est, prout eam rectissimè supplevit *Syrus*; ܘܟܠ ܨܦܪܐ & *aves* & (aliæ) *volucres.* 5

Loca ista necessitate constructionis & sensûs ita reddenda & intelligenda esse, sequentia evincunt argumenta: Nisi enim עוף *de volucribus* in genere, & כנף *de insectis* in specie accipias, *idem bis* vel *ter* dictum statuere, & *tautologiam non necessariam* admittere necesse habes, quod bonis interpretandi legibus adversatur. Si nihilominus talem *supervacaneam repetitionem* unius ejusdemque rei sacro Scriptori imputare velis, dicere te oportet: *reptilium terrestrium* quidem mentionem in citatis locis factam, *reptilium volatilium* verò seu *insectorum, quamvis valdè notabilium*, nullam, quod neutiquam probabile. 6

Cap. 26.

Hoc in loco peccant versiones nonnullæ, quæ tavtologiam evitaturæ, insectorum volatilium immemores, כל כנף *alteram speciem volatilium* tanquam supervacaneum quid vel omiserunt: vel superfluam descriptionem avium ab alis vel pennis sine repetitione vocis כל *omnis* addiderunt. *Græci* in editione Romana, omisso genere, unam tantùm speciem posuerunt, alterâ omissâ πᾶν ὄρνεον πετεινὸν *omnem avem volatilem,* 1 2

(n) Nec hîc Versio Germanica Moguntina Vulgatam suam rectè expressit. Nam in illis locis pro volatilibus habet Gevögel / imò ℣. 21. 28. & 30. Vögel / cùm geflügel vel fliegende Thiere / reddendum fuisset.

lem, reddentes. Hos verſio *Slavonica* ⁊҃ πόδα ſequitur ВСАКѢ ПТИЦѢ ПЕРНАТАА. quod idem ſignificat. In Mss. Alexandrino tantùm πᾶν πετεινὸν *omne volatile* reperitur, ſpeciebus non expreſſis. Idem *Æthiops* facit; Epitheto *alatas* tanquam ſupervacaneo neglecto: ወኵሉ: አዕዋፍ: ∩ጠ: ዘ∞ጾ∞ : *Et omnes aves ſecundum ſpe-*
3 *cies ſuas.* Vernaculis plerisque hîc hæret aqua. German. **Und allerley Vögel nach ihrer Art/alles was fliegen kunt/und alles was Fictig hatte**; tavtologiâ planè inſipida, cùm reddendum fuiſſet: **Und alles Geflügel nach ſeiner Art/beydes die Vögel/und allerley andere fliegende Thiere**; vel **und allerley fliegendes** / prout redditur *Ezech. 23, 17.* *Inſecta volatilia* Germanicè commodè non reddideris **fliegend Unziefer** / Apes enim non facile ſic vocamus. Gallicè: *Et tous oiſeaux ſelon leur eſpece, & tout oiſelet ayant aile de quelque ſorte que ce ſoit.* Effugium tavtologiæ quæſivit interpres in voce צפור, quam *aviculam* ſignificare putavit, errore, quem ſupra perſtrinximus. 21,1,1.
Ex quibus ſatis conſtare putamus, interpretes, qui declarationem generis per ſpecies non animadverterunt, vel defectuosè vel tavtologicè hunc locum reddidiſſe.
4 Locum *Pſalm.* 148. ℣. 10. Græci exponunt πετεινὰ πτερωτά, & ſic verſiones pleræque; quia צפור כנף in ſtatu conſtructo poſitum putarunt, cum ſit ἀσύνθετον æquè ac proximè præcedens, ut paulò inferiùs docebimus. Germanus, ut ſupra Æthiops, epitheto 30,2.
tanquam ſuperfluo omiſſo, ſimpliciter poſuit: **Vögel.**

5 Cæterùm in hoc noſtro loco principali ἀσύνθετον agnoſcunt Interpretes ad unum omnes, quotquot altero כל *Omnis* (ut oportebat) retento, utrumque vocabulum in ſtatu abſoluto ſeu nominativo rectè ponunt. Targum, præmiſſo genere עופא, ſpecies ſubjungit כל ציפר כל דפרח *Omnis avis* ET (copulam hanc rectè ſupplevit interpres in *Bibliis Polyglottis*) *omne quod volat.* Pagninus in verſione interlineari: *omnis avis,*
6 *omne alatum.* Aliæ verſiones Ellipſin ſupplent vocula ET. Syrus ܟܠ ܨܦܪ ܟܠ ܒܗ̈ & *omnis avis*, ET *omne alatum.* Bene vulgata: *Cunctumq; volatile ſecundùm genus ſuum univerſæ aves, omnes* QUE *volucres* (ingreſſæ ſunt ad Noë in arcam.) Sic quoque *Ezech.* XVII. 23. & *habitabunt ſub ea omnes volucres* ET *univerſum volatile.* Hic rurſus Pagninus: *Omnis avis, omnis ala*, quem tropum illum exponere decebat; nam ala pro *volucri*, ſpecialiter *inſecto volatili* Latinum non eſt.

1 At *Tremellius & Iunius* ſtatu abſoluto neglecto, contra tot veterum mentem Cap. 27.
conſtructum hîc nobis obtrudere conantur, locum illum reddentes: *Et volucres quævis in ſpeciem ſuam, omnes aves cujuscunque alæ*; quo pacto etiam locum *Ezechielis* reddunt, parum appoſite, ut mihi videtur. Gloſſa marginali huic verſioni quidem
2 mederi parant, commentantes: *quomodocunque alatæ ſint, membranis aut pennis.* Verum iſta ſtare non poſſunt: Quia (1.) צפור *Avis* reſpectu עוף ſpeciei nomen eſt, & tantùm aves plumigeras proprièdictas tam magnas quàm parvas denotat. De illis ergo *membranæ* dici nequeunt. Nam ut infra dicetur, membranæ tantùm *vola-*
3 *tilibus inſectis*, non avibus competunt. (2) Vox כל *omnis* nuspiam interponitur inter duo ſubſtantiva conſtructa unius ejusdemque rei. Hoc agnoverunt interpretes illi, qui vocem כנף *Alam* per ſtatum conſtructum exponunt, voculam כל *omnis*, tanquam ſuperfluam omittentes; quia particula univerſalitatis jam præceſſerat; Etenim dicere *omnis avis omnis alæ* planè inſolitum & inauditum eſt, nec in adjectivum reſolvi poteſt, ut in tali periphraſi aliàs fieri ſolet. Sufficit enim dicere, ut alibi, *omnis avis*
4 *alæ*, id eſt, *omnis-avis alata.* Habemus quidem loca, ubi vox כל repetitur, veluti Pſ. 119 128. על כן כל פקודי כל ישרתי *Propterea omnia mandata* [tua] (o) *omnia recta* declaro, & Ezech. 44,30. ראשית כל בכורי כל וכל תרומת כל, *Et primitias omnium primogenitorum omnis rei, & omnem oblationem omnis rei.* Verùm exempla iſta à noſtro ſunt diverſa; hîc enim כל non inter duo ſubſtantiva rei ejusdem interponitur, ſed ad univerſalitatem ſine exceptione ſignificandam iteratò exprimitur, quaſi Latinè diceres: *Omnia omnino mandata tua. Omnes omnium primogenitorum primitias*; & ita porro.

His

(o) פקודיך pro integritate textus legendum ſuadent conſtructio & ſenſus, atque tot alia exempla ejusdem Pſalmi. ℣. 134. פקודיך eodem modo ℣. 141. Sic עדותיך מצות׳ ך per totum Pſalmum, addito ſemper pronomine ך *tuus*, prout etiam antiquiſſimæ verſiones *Græca, Syriaca, Arabica, &c.* reddiderunt; ut dubium non ſit, olim ſic ſcriptum & lectum fuiſſe. Status enim conſtructus hic locum habere nequit, quia non poſſumus כל ſubſtantivè accipere, ut dicamus, *omnia præcepta omnis rei*, ut in exemplo Ezechielis,

His probè perpensis, Lexicographi me judice à scopo non aberraverint, si vocabulum כנף non tantùm quamlibet *alam*, sed & per quandam synecdochen partis integralis pro toto *insectum volatile* significare doceant; quo admisso omnium locorum paulò 5
c.25. ante à nobis citatorum facilior & plenior erit expositio.

[Idem hoc loco sensit Clariss.mus *Joannes Clericus* in Commentario suo pag.58.b. scribens: כל כנף *quod hic sequitur, etiam quidquid alatum est, ne exceptis quidem insectis, imò fortasse hæc præ cæteris, sonare videtur.* Hoc est quod volumus. Rabbini ipsi vo-
30,6. cabula hæc volucrium non satis distinguunt, ut infra dicemus.]

Quibus autor noster respondens, *tautologiam in versionibus allegatis* non qui- 6
dem negat, *attamen de ea notandum esse* ait: *Non statim supervacaneam esse unius ejusdemq; rei repetitionem, si idem bis dicatur, nam id non sine emphasi variis de causis majoris certitudinis & evidentiæ causâ fieri posse.* Sed non docet, quodnam illud vocabulum sit, *quod majorem certitudinem & evidentiam hoc in loco requirat:* vel *in quo emphasis ista consistat, ut propterea tautologia committenda fuerit*, cujus nos in rebus notissimis, quales *aves* & *alæ* sunt, nullam ne quidem levissimam causam hîc videmus.

Ast *dictum Apostoli ad Philipp.* III. 1. citat, quod pro *tautologia* allegari mirum. 7
Τὰ αὐτὰ γράφειν *easdem res* [diverso scil. tempore] *scribere* aliud sanè est, quàm τὰ αὐτὰ ῥήματα δὶς ἢ τρὶς λέγειν *eadem verba in eodem commate bis vel ter dicere.* Bene Castalio 8
in casu simili: (p) *Neque verò me præterit*, inquit, *nihil à me dici, quod non ab aliis ante me dictum sit. Sed recta quæ sunt, ea & à multis & tam diu dici, donec eis pareatur, non est rarum neque inutile.* Nimirum quæ ad *doctrinam* ad *exhortationem* vel *dehortationem* faciunt, satis inculcari non possunt.

Posthæc versionem *Tremellii & Junii* hoc loco defendere satagit autor noster, 9
quasi illi, & interpretes *Galli, Angli & Belgæ*, qui eos hîc sequuntur, contra sententiam nostram alterum כל *omnis* retinuerint, & tamen ἀσύνθετον non agnoverint. At duo in verbis nostris observanda veniunt.

Primò loquimur de voce כל in sua genuina significatione, dum *omnis* de- 10
notat, quam Interpretes illi non retinuerunt, sed pro eo *cujuscunque* posuerunt, differt autem *quicunque* ab *omnis*, ut Grammaticis notum. Illud enim *omne* simpliciter comprehendit: hoc verò *diversas* significat *species*, quod etiam in glossa marginali, fatentur, *quomodocunque alatum sit*, dicentes, *membranis* aut *pennis.* Quibus verbis interpretes illi *& aves & insecta volatilia* procul dubio denotare voluerunt, quorum alæ *membranas* magis referunt, quàm pennas. Verùm autor noster glossam illam 11
de vespertilionibus solummodo intelligendam esse putat, contra proprietatem vocabuli & doctrinam Physicorum. *Aristoteles* enim *in Historia animal. lib. 1. cap. 6 §. 46. Vespertiliones* non facit πτερωτὰ πιλωτὰ, *volucres membranas habentes*, sed δερμόπτερα *corio præditas*, ubi J.C. Scaliger: *Siccior & lucidior est membrana, quàm corium.* Mox clariùs loquitur Aristoteles §. 47. πτερωτὰ μὲν οὖν ἐστιν, ὅσα ἔναιμα, ἢ δερμόπτερα ὡσαύτως. πιλωτὰ δέ, ὅσα ἄναιμα, οἷον τὰ ἔντομα, h. e. *sunt autem tam pennata, quàm quæ coriaceis utuntur alis, sanguinea. Quæ autem membranâ volant, exsanguia. Quo in genere insecta comprehenduntur.* tantum abest, ut membrana *vespertilionibus* tribui possit. Porro & alia ratio est, ve- 12
spertiliones solos hîc intelligi non posse, quia de iis apud Hebræos non dubitatur, quòd in avium numero censendi sint, ut declaratione per כל כנף illos comprehendere propterea necesse fuerit. Ipse enim Cl.mus Autor bene noverat & allegaverat locum *Deut.* XIV. 18 ubi *vespertiliones* inter aves notoriè referuntur. Si verò solos vespertiliones per membranas intellexerunt Tremellius & Junius, ubi manserunt reliqua vo-
Cap.28. latilia, cum aves in arcam Noë involarent? Porrò impugnat Vir Doctiss.mus asser- 1
tionem nostram כל *omnis, inter duo substantiva constructa unius ejusdemque rei nusquam interponi*, eamque exemplis contrariis refutare conatur. At nos pro materia 2
subjecta de כל *omnis* geminato, atque posteriori substantivo periphrasin denotanti præmisso, loquimur, sicuti hic post כל צפור *omnis avis* repetitur כל *omnis* & præponitur voculæ כנף *Ala* quam denotare volunt *periphrasin* ab *ala* desumtam, quasi diceres *omnis avis omnis alæ*, seu secundùm Tremellium & Junium eorumque sequaces *quomodocunque*

(p) In fine præfationis Vers. Bibl. Latin. ad Eduardum Regem Angliæ.

3 *docunque alatæ* ſint; ſimile exemplum in Scripturis dari negamus. Diſſimilia enim
ſunt,quæ nobis opponuntur,quia non eandem rem deſcribunt,in adjectivum per pe-
riphraſin Latinè reſolvendam, veluti Exod. 13, 2. כל בכור פטר כל רחם *omne primo-*
genitum aperturæ omnis uteri. Hîc non dicitur כל בכור כל רחם *omne primogenitum*
omnis (vel *cujuscunque* ſecundum Tremellium) *uteri*,i. e. *uterinum*,id enim planè ab-
ſurdum eſſet, ſed פטר כל רחם *aperturæ omnis uteri*, itaque cum פטר *uterus* conſtrui-
4 tur, non cum בכור *Primogenitum.* Locus *Iud.* 19, 19. אין מחסר כל דבר non poteſt
reddi: *non eſt defectus realis*, ſed *nullius rei eſt defectus*, neque hîc datur geminatio vo-
cis כל. Sic 2. Chron. XXXII. 15. לא ייכל כל אלוה כל גוי *non poterit omnis Deus*
omnis gentis, i. e. *nullus Deus ullius gentis* (liberare populum ſuum.) Hîc Deus non
5 circumſcribitur per *gentem*,ut dicas *Deus gentilis.* Tacemus quod hæc exempla ſint
negativa. Discrepant ergo talia exempla plurimùm à noſtro, cui ſimile aliàs occur-
rere negavimus,nec reperietur unquam.

1 At nec nos autoritate bonorum interpretum deſtituimur,qui in loco quem præ Cap. 29.
manibus habemus, עוף pro *genere* בנף & צפור verò pro *ſpeciebus* habent, idque parti-
culis ſpecificantibus (ut ita loquar) perſpicuè indicant. *Targum*,ab omnibus meri-
tò æſtimatum, nec non *Syriacam Verſionem*: *Vulgatam* atque *Pagninum* ſupra allegavi-
2 mus. *Italus*, aliàs laudatus Interpres,optimè reddidit:

Ogni volatile ſecondo la ſua ſpetie, CIOÈ *tutti gli uccelli & ogni coſa che ha ale.*

Id eſt: *Omne volatile ſecundùm ſuam ſpeciem*: HOC EST, (*nempe,videlicet*) *omnes aves & quidquid alas habet.*

additâ,ut in vernaculis neceſſe,copulâ ET. Quid verò præter aves alas habet, quam
3 πτερωτὰ ἔντομα *Volatilia inſecta?* Idem ſenſit Caſtalio, noſtrum *tàm quàm* per æquipol-
lentia *tùm tùm* reddens. *Ex omni genere volucrum tùm oſcinum tùm alitum.* Sic fe-
liciter præmiſſo genere ſpecies infeliciter expreſſit;in margine enim poſuit & *minorum*
& *majorum* צפור *aviculas* eſſe putavit,deceptus falſa nonnullorum Lexicographorũ 21. 1. lit. i.
expoſitione: (q) Exinde argumento oppoſitorum malè concluſit בנף denotare *ali-*
tes majores. Scil. inſecta volatilia illi non venerant in mentem, copulam verò bene
4 obſervavit. Igitur, ſi ſecundum hæc exempla inſeras particulas *nempe*,*nimirum*, Ital.
cioè, *Hoc eſt*; vel *tàm quàm*: ſeu *tùm tum* Caſtalionis, adſcitâ copula ET: ac deinde
reputes,quidnam illud ſit,quod præter aves volet: ſeu quid opponi poſſit avibus, ha-
5 bebis verum & genuinum, nec non pro hiſtoria neceſſarium ſenſum. De quo Phi-
lologorum judicia adeò non expaveſcimus,ut eos potiùs עוף בנף vel בנף ſimpliciter de
inſectis volatilibus in locis allegatis accipi non ſolùm poſſe, ſed debere judicaturos
1 ſperemus. Poſtremò, ut mentem noſtram clariùs explicemus, non hoc volumus, Cap. 30.
ut, ubicunque צפור vel עוף cum בנף conjungitur, ibi ſemper per ἀσύνθετον in ſtatu ab-
ſoluto exponendum ſit. Per nos licet,ut periphraſis avium vel volatilium ab *alis*, in
noſtris quidem linguis non neceſſaria nec uſitata,& propterea à multis omiſſa; He-
2 braïs verò frequens,etiam Latinè vel in vernaculis retineatur. Aſt ubi occurrit enu-
meratio ſpecierum,ſeu omnium animantium atque adeò etiam reptilium terreſtrium,
ibi nobis inſecta volatilia per בנף exponenda videntur. Licet copula ET Hebraicè
abſit,veluti Pſal. 148. 10. ſupra allegato החיה וכל־בהמה רמש וצפור כנף ubi Pſalmiſta
reptilia terreſtria poſt feras & pecudes recenſens,ſanè obliviſci noluerit *volatilium*,mul-
3 tò memorabiliorum. Quod ſi expoſitio noſtra lectoribus probetur,poterit fortaſſis el-
lipſis in nonnullis locis copulativæ: in nonnullis disjunctivæ orationis pro perſpicuita-
te textus admitti, ex. gr. Deut. IV. 17. תבנית *forma*, *Imago* in textu Hebraico ali-
quoties ſine ulla copula continuatur,quæ Latinè aut in vernaculis per *neque* ſuppleri
debet,videlicet: *ne faciatis vobis ſculptile*, (neque) *imaginem ullius animalis*, (neque)
imaginem avis (aut) *inſecti quod volat in aëre*: (neque) *imaginem reptilis terreſtris*:
4 (neque) *imaginem piſcis*,*&c.* quod *Italus* rectè ſupplet, ut ſenſus poſcebat, NE, NE
addendo. *Vulgata* affirmativè per *vel*,*ſive*, effert. Idem ſupplet *Caſtalio.* Eodem
modo *Germanus* noſter,oder/oder. *Gallus ou*, *on*, *Arabs* أو, *vel*,*ſive*, qui omnes

(q) Nominavimus eos ſupra cap. 21. lit. i. not. Bochart. Hieroz. P. II. Lib. I. cap 21. ad oculum erro-
rem eorum ex Kimchio & Scriptura ipſa late demonſtrat.

ellipſin Hebraicam in vernaculis ſupplent. Sicuti nos talem ellipſin hic quoque 5
dari putamus inter צפור כנף pro צפור או כנף. Nam ubicunque videmus ſacros Scriptores reliquorum animalium, imprimis reptilium terreſtrium meminiſſe, non poſſum mihi imaginari, quòd voluerint obliviſci volatilium.

[Rabbini quidam hoc animadvertentes, ut difficultatem ſolvant, putant צפור eſſe 6
nomen generaliſſimum, adeoque ſub ſe comprehendere, *quicquid alas habet*. Sic enim loquitur *Aben-Ezra* in Gen. ז. ע. 14. מלת צפור שם כלל לאשר יש לו כנף. *Vocabulum* צפור Tſippor *eſt nomen complectens omne quod habet alas*. Nec minus Raſchi: דבוק הוא צפור של כל מין כנף לרבות חגבים. *Conjungitur vocabulum* צפור, Tſippor *cum omni alato, ita ut etiam comprehendat* Locuſtas. In quo tamen eos falli puto; nam ſi hoc verum eſſet, utique planè redundaret alterum כל in dicto loco. Deinde צפור abſolutè poſitum in tota Scriptura nihil aliud denotat, quàm aves propriè dictas. Si verò כנף de *inſectis in ſpecie* accipiamus, ad ampliandam vocis צפור avis ſignificationem recurrere opus non habemus; Etenim genus עוף τῷ volatili tantùm competit. Confer Rabbinos nobiſcum planè conſentientes. cap. ſeq. §. 6.]

Cap. 31. *Rabbinus Hieroſolymitanus Simeon Iacobi F.* quem ſupra nominavimus, à popularibus I
ſuis in Europam miſſus, mihique Hebrone ſalutem afferens, linguæ ſanctæ peritiſſimus, quam promtè & diſtinctè loquebatur, interrogatus, quid Magiſtris ſuis videretur, *An Moſes in hiſtoria creationis atque diluvii inſectorum volucrium, veluti apium, locuſtarum, crabronum & ſimilium mentionem fecerit, quo in loco, & quibus verbis?* Petiit, ut quæ- 2
ſtiones meas in ſcripto proponerem. Feci, & quò certior eſſem, advocavi *Rabbinum Francofurtenſem Samuelem* perdoctum. Reſponderunt ambo, atque reſponſiones ſubſcriptione ſua firmaverunt, ut ſequitur:

לבקשורת הארון הגדול השר היועץ הגדול
לודאלף שרצה לידע

היכן הזכיר משה רב"ע בבריאת כל הבריאות את מין העוף
כי ודאי לא נזכר מלפניו.

נראה לפי דעתינו שנזכר באמרו ואת כל
עוף כנף למינהו כי מלת עוף הוא מורה על
כל דבר אשר תעוף ומלת כנף הוא מורה
על כל דבר אשר יש לו כנפים.

מה תפטר לומר שנכלל במלת רמש.

אומרים אנחנו כי אין אפשר לאדם לומר כן
כי מלת רמש הוא בא משורש רמס שהוא
ענין דריסה והילוך והוא מורה על כל דבר
שהולך תמיד על פני הארץ ואינו עופף עף
פעם אחת באויר ולכך נקרא בשם רמש
על כן אין אפשר לומר שנכלל בתוכו גם
שרץ העוף כי מלת עוף הוא לשון המורה על
דבר שמעופף ורמס אינו כן ואם כן הם שני
דברים המתנגדים.

בשיזה מקום הזכיר משה את שרץ העוף בבריאת
למינהו.

נראה לפי דעתינו כי נכלל באמרו וכל העוף
למינהו שהוא כולל כל מה שמתעופף

Ad interrogationes Domini Conſiliarii, &c. 3
Ludolfi, *qui ſcire deſiderat,*
ubi Moſes (*ſuper quo ſit pax*) in creatione omnium creaturarum mentionem fecerit inſectorum volatilium, *quorum ſanè nequaquam oblitus fuerit?*

Videtur quantum nos ſcimus, quòd mentio (ab 4
eo) facta ſit, cum dicit: Et omne volucre alæ ſecundum ſpeciem ſuam. *Quia vox* עוף Volucre *denotat* omne id quod volat: *Vocabulum* כנף Ala *autem*, omne quod habet alas.

Num fortaſſis dici poteſt, quod (*inſecta* 5
volucria) comprehendantur ſub voce רמש *Reptile.*

Reſpondemus nos; quod ita nemo loqui poſſit, quia vox רמש *provenit à radice* רמס, *quæ habet ſignificationem* calcandi *vel* ambulandi, *indicatq; quicquid ſemper graditur ſuper terra, & non volat ne ſemel quidem in aere, & ideo vocatur* רמש. *Quapropter dici nequit, quòd in eo etiam comprehendantur* inſecta volatilia, *quia vox* עוף *denotat id* quod volat, & non repit. *Exinde igitur iſthæc ſunt duæ res contrariæ.*

Quo in loco mentionem fecit Moſes *in-* 6
ſectorum volatilium in ingreſſu in arcam?

Videntur, quantum nos ſcimus, comprehenſa eſſe [inſecta volatilia] his verbis: & omne *enim comprehendit* omne quod volat.

Species

ואת ב' פרט באמרו כל צפור כל כנף כי
צפור מורה על העופות אשר להם
נוצות וכנף מורה על העופות אשר אין להם
נוצות רק כנפים.

זאת הוא דעתינו ויש לנו עוד ראיות נכוחיות 7
רק הזמן קצר לערת עתה להאריך בהם
וכשיבוקש מאתנו לברר אתם נברר.

בה דברי שמואל בהן שאתין.
שמעון בר יעקוב זלוזה משולח
מעניי ארץ הקדושה.

Species autem duæ (continentur) *his verbis:* כל צפור כל כנף omnis avis, omne volucre; *quia vox* צפור *denotat* aves, quibus sunt plumæ: כנף *autem* volatilia, quæ pennas non habent, sed tantùm alas.

Hæc est sententia nostra. Suntque nobis in promptu argumenta stringentia; verùm ob temporis angustiam nunc longiores esse non possumus. Quod si tamen à nobis requiratur, ut ea declaremus, declaraturi sumus.

Samuel, *Sacerdos ex urbe Schotten.*
Simeon, fil. Jacobi *p. m. missus à pauperibus terræ sanctæ.*

8 Scripturarios quoque in eadem sententia esse me docuit *Karræus Zacharias Resiel*, qui se *Cosiphra* metropoli *Chavilæ* oriundum dicebat, me visitans cùm hâc transiret, quem etiam hospitio excepi, cùm è vico Judæorum ejiceretur.

9 Longa ista disputatio, ex verbis *Psalmi* 78, 27. qui de *Selavis* agit orta, satis declarabit lectoribus, עוף כנף de *infectis volatilibus* cùm alibi, tum hîc commodissimè accipi posse.

1 Transeamus jam ad argumenta negativa, quæ infirma esse Cap. 32.
ipse autor noster fatetur; quamvis illi idem de affirmativis videatur; quæ tamen Nos firmissima esse demonstravimus.

D. *At negandum* ait *autor noster,*

Quod distinctio evidens sit Lev. XI. 13. 20. & *Deut.* XIV. 19. coll.

2 REperimus huc quæ ad sextam hypothesin supra cap. 17, 3. & ad primam rationem affirmativam cap. 20, 9. latè tractavimus. Nimirum עוף *Volucris* per Synecdochen generis pro specie de *avibus* accipi: & sic תּוֹ העוף שרץ *insecto volatili, opponi, neutiquam verò* תּוֹ עוף כנף *volucri alato.* De quo tamen hic est quæstio. Igitur in locis allegatis inter hæc duo evidens distinctio non datur. Rx.

3 D. *Altera ratio negativa est:* Cap. 33.

Quòd nusquam insectis alæ voce כנף *tribuantur in Scripturis.*

2 FAlsum hoc esse liquere puto ex iis, quæ de vocabulo כנף pro quarta ratione affirmativa prolixè disseruimus. In quo *Judæos* quoque assentientes habemus. Ea sufficere possunt pro responsione ad hanc rationem negativam. Veruntamen si concedamus, (uti necessariò concedendum est,) quod sub עוף כנף in prima creatione *Gen.* I, 21. etiam *insecta volatilia* comprehendantur, utique & istis כנף *alæ* in Scripturis tribuuntur. Rx.

[Confer quæ de hoc loco ad tertiam rationem affirmativam perspicuè docuimus.]

3 Sed non inficior, quod כנף certæ cuidam speciei insectorum in Scripturis nominatim non tribuatur, quia nullum volatile insectum nominatim & per omnia sua membra describitur. Nos retorquemus potius argumentum: *Quia nullum aliud nomen in S. Scriptura occurrit, quod alam insectorum alio speciali vocabulo denotet, utique*
4 *nihil impedit, quò minus nos* כנף *illis tribuamus.* Idem est, ac si quis dicere vellet, nusquam amphibus *caro* voce בשר tribuitur in Scripturis, ergo *hippopotamo, ranæ, lu-*
5 *tris,* &c. quasi ex stylo Scripturæ non est tribuenda *caro.* Profecto *avium alæ* speciale suum nomen habent, nempe אבר. Exgr. *Psalm.* LV. 7. quis dabit mihi אבר כיונה *alas tanquam columbæ* (ut) *avolem,* & *Psalm.* XCI. 4. באברתו יסך *ala sua contegget te.* Hinc probati Lexicographi rectè docent, nomen כנף generalius esse; idque *Coccejus* in אבר optimè monet. Ex quo sequitur כנף non tantùm *alas avium pennatas*, sed etiam pelliculas vespertilionum, nec non membranas apium, bruchorum, locustarum, & reliquorum insectorum exsanguium, significare; idque Viri doctissimi
6 passim agnoscunt. Præter *Tremellium* & *Junium* in notis supra citatis *Cornelius à La-*

pide ad vocem כנף *Gen.* VII.14. ait: *Aves ſunt quæ pennas habent: volucres quæ alas, ſive eæ pennæ ſint, ſive membranulæ, quales habet veſpertilio.* Idem eſt ac ſi diceret, צפור denotat aves: עוף verò & aves & inſecta volatilia, quamvis de alis parum accu-
29.11. ratè differat, nec propriè loquatur, ut ex iis quæ ex Ariſtotele ſupra adduximus liquet. Eadem habet *Menochius* ad h. l. in notis. Sic utique certum evadit, vocem כנף pro *alis inſectorum* in Scripturis quoque uſurpari.

Mirum verò non eſt linguam Hebraicam peculiare nomen pro talibus alis non 7
habere, ſed generis vocabulo כנף uti; cum in tot aliis linguis, quæ mihi notæ ſunt, nullum ſpeciale nomen pro inſectorum alis ſciam, niſi à materia circumferibas, & membranas partim nudas, partim vaginis quaſi tectas, vel pelliculas voces. Quin & ipſe *Plinius* talium peritiſſimus in lingua ſua Latina nullum peculiare nomen pro *alis* inſectorum repérit, ideoque *pennas* manifeſtè vocavit: *Pennæ*, ait, *inſectis omnibus ſine ſciſſura.* (r) Item: *Quædam inſecta carent* pennis, *ut ſcolopendra.* (s) Quid ergo mirabimur, Hebræos generali alarum nomine כנף Ala etiam ſpecialiter pro *inſectis* uti.

Cap. 34. Agnoſcit autor noſter, *avium alas ſuum habere ſpeciale nomen* אבר. *Sed non obſta-* 1
re, quo minus & כנף *uſu ſaltem Scripturæ avibus proprium ſit.*

Nos non negavimus unquam כנף *etiam avium aliis competere*, ſed tantùm dixi- 2
mus, quod generalius vocabulum ſit quàm אבר. Addita obſcura verba *quòd vocabulum* כנף *uſu ſaltem Scripturæ avibus proprium ſit*, vera non ſunt; nam in tota ſcriptura de tali proprietate nihil reperitur, ſi verò clarè loquaris hoc modo: *In Scriptura tamen de avibus tantùm reperiri*, nihilomagis vera ſunt: nec quicquam concludunt. Nulla enim eſt ſequela: *ergo inſectis volatilibus non competunt*; præſertim cum agnoſcat 3
ipſe Dominus autor: *Vocem* כנף *pro aliis inſectorum uſurpari poſſe, ſi quis de illis loqui velit, cùm Lingua Hebræa peculiare nomen pro talibus aliis non habeat*: & *Plinius inſectis etiam pennas tribuat. Sed quod in Scriptura uſurpetur, de quo quæſtio eſt, non puto hinc ſequi.* Sic loquitur. At nos in antecedentibus ad nauſeam inculcavimus, Scripturam inſecta 4
volatilia עוף כנף, imò ſimpliciter כנף vocare, ad quæ prius reſponderi oportet, ſi
Cap. 35. quis de uſu vel non uſu hujus vocabuli in ſcriptura differere velit. His ita præmiſſis fruſtra laborari puto in

Tertia ratione negativa, 1

quæ ſic habet:

D. (3.) *Quod* כנף *propriè* alam *notet, quæ contrahi & expandi poteſt ad obtegendum. Vnde metaphora de ala veſtimenti, auroræ, venti, umbræ alarum, &c. in Scripturis. Quod inſectorum alis non ita convenire videbatur.*

R. USum alarum ſcimus, & metaphoras novimus; Quod à natura datæ ſint *primariò* 2
ad volandum, *ſecundariò* ad obtegendum. Talem autem notionem ipſi vocabulo virtualiter ineſſe, equidem ignoro; quia ſine radice & ſine vocabulis affinibus à Lexicographis proponitur. Sed ponamus כנף id propriè notare, quod Clar.mo 3
autor vult; utique id de veſpertilionum & locuſtarum & omnium aliorum inſectorum alis, quamvis plumæ non ſint, rectiſſimè dici poteſt, quòd volatura eas expandant, quieſcentia verò rurſus contrahant, quomodo enim volarent, ſi alas non expanderent?

Quibus bene conſideratis, rationes affirmativæ nobis longè præponderare vi- 4
dentur negativis, nec accuratè trutinantibus amplius dubium manebit, num inſecta etiam poſſint עוף כנף *volucres alæ* vel *alatæ* vocari: vel ſi mavis per præpoſitionem generis *volucre inſectum* vocare, atque ſic locum Pſalmi LXXVIII. 27. interpretari.

Ad ea autor noſter allegat Scripturæ loca, quæ metaphoram ſupradictam infe- 5
runt, veluti *Hag. 2,13. Pſal.* 139.9. 18,11. & 63,8. At nos non negamus eam ab alis avium deſumptam eſſe, ſed propterea non ſequitur, quia hæc metaphora in illas non quadrat, ideò inſectorum alas ad uſum volandi iis pariter ac aquilis à natura conceſſas כנף dici non poſſe, quod tamen in antecedentibus à nobis demonſtratum, & ab autore noſtro conceſſum fuit.

Primâ

(r) Lib. XI. c. 34. p. 525. *edit. Harduini.* (s) In fine dicti capitis.

1 Primâ controversiâ, quam autor noster formavit, num inse- Cap. 36.
cta עוף כנף vocari possint? hoc pacto elucidatâ, pergimus

ad Secundam,

quam autor noster proposuit.

Qualis ille fuerit ventus, cùm duo Psal. LXXVIII. 27. קדים *Eurus* D.
& תימן *Auster nominentur? & an simul an successivè flarint? utrum etiam naturalis fuerit an non?*

Qui scrupulus & à Bocharto Hieroz. P. 2. Lib. 1. c. 15. *& in Comment. ad Historiam Æthiop.* p. 186. *satis exemtus videbatur, nempe quòd unus & idem seu auster fuerit & minimè naturalis. Alia tamen etiam ratione post eximetur.*

2 QUæstio ista nostram principalem non ferit, nec quidquam ad ea quæ in *Commen-* R.
tar. nostro de hac controversia posuimus, habemus quod addamus.

1 D. Tertia controversia. Cap. 37.

Unde venerint Selavæ? num ex ipso mari? an solùm à plaga seu tractu maris?

2 *Hic emphasis vocis* ויגז *antea observata evidenter mihi comprobare visa,* (1.) *non ex ipso mari emersisse, quasi amphibii quoddam genus fuissent, nisi pisces volantes navigationum Scriptoribus commemoratos huc velimus referre. Dubitabam etiam id voluisse* Ab. *Esram, quando* אולי ערתה מצאת ים forte à parte maris veniisse, *ad locum Exodi scribit, ubi nulla maris mentio, priorem locum ex posteriori* Numerorum *exponens &* מאת *de* pla- ga maris, *ut ipse Bochartus vertit, intelligens. Nam ad locum* Numerorum *per* שפתים *oram maris explicat.*

3 (2.) *Neque tamen ex Ægypto trans mare rubrum, nedum ex ipsa Africa adductas. Neutrum enim textus permittere videbatur, qui disertè: Et ventus profectus à Domino* ויגז שלוים מן הים & abripuit selavas, *coturnices, à mari; uti* Tremellius & Junius *reddunt.* Ab. Esra *per* ברח excidit *& sic* Abarbanel *exponit locum,* Psalm. XC. 10. *ceu parallelum citans, quem & Raschi citat, qui tamen cum* Targum *per* ויפריח & avolare fecit
4 *neglecta emphasi exponit.* Castalio *ex mari correptas in castra disperšit.* Gall. & Diodati *enleva des cailles de devers la mer.* Piscator: und raffet Wachteln vom Meer. *Quem Belgæ sequuntur:* Ende racpte quackelen van der Zee. *Meliùs certè, quàm vel emphasi neglecta* Lutherus: Und ließ Wachteln kommen vom Meer / ut & Anglus: And brought quailes from the sea; & Græci ἠγ ἐξεπέρασεν τ ὀρτυγομήτραν ἀπὸ τ θαλάσσης *& transtulit seu transire fecit ortygometram à mari: vel aliò conversa, ut* Vulgata, *arreptans trans mare coturnices detulit. Neque enim locus ullus est, ubi* מ trans
5 *notet.* Noldius *diligentissimus concordantiarum particularum Scriptor plusquàm quadraginta &* מ præfixi *diversas in Scriptura acceptiones retulit & exemplis illustravit, sed*
1 *nullum inter eas* trans *habetur. Hinc tamen videtur orta illa* de translatione *Selava-* Cap. 38.
rum inde ex Ægypto *sententia, quam Iosephum secutus etiam magnus* Bochartus *adoptavit, postquam verba Plinii retulisset de palumbium vi in agrum Volaterranum quotannis è mari* (eo scil. trajecto) *advolante; subjungens:* Ita igitur ventus coturnices è mari detulisse legitur, quia Arabico mari traducto illas ex Ægypto vexerat in castra Israëli-
2 tarum: *& id verbis* Josephi Antiq. lib. 3. c. 1. *confirmans. Quid enim his Selavis cum istis palumbibus aut regioni mediterraneæ in Arabia Petræa, ubi tum Israelitæ castra metabantur, cum agro Volaterrano, qui ad mare pertinet, commune? Non potuerunt à mari abripi*
3 *nisi transirent in alterum littus ex Ægypto traductæ? Sed Iosephus quoque non loquitur isto loco de hac posteriore selavarum datione miraculosâ, de qua post demum cap. 12. agit, & nihil tamen de historia tot circumstantiis descriptâ nisi hæc pauca habet:*

Ἅμα ταῦτ' ἔλεγε, καὶ πίμπλαται τὸ στρατόπεδον ὀρτύγων ἅπαν, καὶ ἤθροιζον αὐτὰς θηρεύοντες; *quæ sic Latinè versa leguntur:*	Vix hæc dixerat, cum tota castra coturnicibus opplentur, quas acervatim venabantur.

Venationis autem ego nullum hîc vestigium video, nec quid sit acervatim venari, intelligo. Fortè tamen Iosephus hoc voluit, Hebræos agmina coturnicum humiliter volantium circum-

ſiſtendo eas ſic compuliſſe in arctum, ut caderent & comprehenderentur, quæ captura ſimplex, minimè venatio eſt. Sic autem idem ferè diceret, quod poſt Ionathanem Raſchi de illo שמן 4
& duobus cubitis ſupra terram; quaſi non altius volarint, ut eò facilius capi poſſent, de quo inf. quæſt. 4. & 6. plura. Verùm priore quem Bochartus citat loco, ſed ex parte ſolùm, ſic loquitur idem Ioſephus de illa Exod. XVI. relata ſelavarum datione, ut propemodum nihil miraculi ſuperſit:

Καὶ μετ' ὀλίγον (ait) ὀρτύγων πλῆθος πέφει ὃ τοῦτο τὸ ὄρνεον ὡς ἔδεν ἕτερον ὁ ἀραβικὸς κόλπος ἐφίπαται τῷ μεταξὺ θάλασσαν ὑπερελθόν, καὶ ὑπὸ κόπου τε ἅμα τῆς πήσεως καὶ πρόσγαιον μᾶλλον τῶν ἄλλων ὄν, καταφέρεται εἰς τὲς Ἑβραίους.

Et paulo poſt (inquit) magna coturnicum vis (hoc enim avium præ cæteris genus alit Arabicus ſinus) intermedium mare transgreſſa advolavit, & volandi ſimul labore feſſa, ac aliàs quoque propiùs terram præ aliis volans in Hebræos defertur. 5

Copiam enim Arabicus ſinus dedit, & quod volando in caſtra Iſraëlitarum delatæ, id naturaliter factum, quoniam feſſæ erant, & alias quoque humiliùs ſolent volare. Quid ergo miraculo relinquitur?

(3.) Itaque *abreptas à littoribus maris rubri verſus Arabiam in caſtra Iſraëlitarum delatas fuiſſe*, mihi viſum eſt. *Mare rubrum, aliàs* ים סוף *ſeu* mare algoſum *vocatur, à magna algarum & juncorum in littore ejus copia.* 6
p. 100. *Nonne magis veriſimile, in his algis Selavas magnâ copia nidulatas, præſertim ſi probè conſideretur locus ex Diodori lib. 1. à* Bochartо *allegatus, de coturnicum capturâ ad Rhinocolura retibus prope littus in multa ſtadia conſtitutis? Vtique tum ratio etiam evidentius patet, quare ventus* קדים & תימן Eurus & Auſter *ſimul, & quidem ille prius commemorentur. Si ad ſitum maris rubri, Arabiæ, Ægypti & Palæſtinæ, uti in tabulis repræſentari ſolet, attendamus; videntur hæ Selavæ hinc primum ab Euro à littoribus hujus maris remotioribus verſus Arabiam, inde à propinquioribus, & ab ea parte qua id transierant Iſraëlitæ, Auſtro ſublatæ in altum, magna copia in caſtra eorum projectæ & diſſipatæ fuiſſe. Vnde forſitan non ſat cauſæ habuit* Bochartus, *ut Ab. Esram, & Kimchium refellens, qui Euro-Notum conſtituunt, ventum quo Selavæ ſublatæ, id eſſe* oppidò falſum *diceret, & nullo modo fuiſſe ventum illum orientalem aſſereret, ad locorum peritos provocans. Id omne enim hypotheſi illa nititur, quòd Selavæ ex Ægypto ſolùm fuerint traductæ; quam gratis aſſumtam oſtendere fui conatus.* 7 8

Cap. 39. &c. QUæ ad hanc quæſtionem vel controverſiam eruditè diſputantur, nos ſuo loco relinquimus. Interim nobis placet ſententia à Bochartо & tot aliis judicio præditis viris probata, quòd videlicet non ab *ora* ſeu tractu maris citeriore tantùm, ſed etiam ulteriore venerint, adeoque ſinum Perſicum & Arabicum transvolarint, quod innuunt Lxx. Interpretes, quibus Joſephus adſtipulatur; τῷ μεταξὺ θάλασσαν ὑπερελθόν intermedium *mire trajiciens*, inquit. *Trans mare coturnices detulit*, Vulgata habet. Quamvis enim particula מ vel מן ſola & per ſe nunquam trans notet, attamen nihil obſtat, quo minus res trans mare venientes מן הים à mari venire dicamus; ex. gr. aromata à mari (vom Meer oder auß der See/) venire dicuntur, quamvis trans mare (über die See) ex India veniant. 1

Hæc igitur ſententia eſt Joſephi ut & Bocharti. Verum quidem eſt, palumbibus Plinii, in agrum Volaterranum quotannis è mari advolantibus, nihil cum Selavis commune eſſe. Neque tale quid aſſerit Bochartus; tantùm id innuit, modum lo-
Lib. 24. c. 10. quendi è mari ſignificare poſſe trans mare. Veluti cum Livius dicit: *Locuſtarum tantæ nubes à mari vento repentè in Apuliam illatæ ſunt*, nimirum ex Africa trans mare in Apuliam volaverant, quamvis aliàs nusquam reperiatur, *è* vel *à* per ſe ſignificare *trans*. Sed Clariſs.^mus autor cautè rejicit iſtam ſententiam, gnarus, coturnices naturaliter trans mare rubrum tam longo tractu ſine maximo miraculo volare non poſſe. Atque id ipſum eſt, quod ego contra coturnicum defenſores tantoperè urgeo. Quippe terreſtres magis quàm ſublimes ſunt, experientia & Plinio teſte. (†) Neque etiam Bochartus grande iſtud dubium ſolvit. Verùm prolixior hîc eſſe nolo, cùm ſententiam de locuſtis non feriant, ſed apud illos, qui trans mare exponunt, potius confirment. Nam longinqua maria ab iis transiri diſertè ſcribit Plinius (t) & *tanquam parum ſit maria transiiſſe*, ait ibidem. Experientia quoque teſta- 2 3

(†) Lib. X, c. 23, Sect. 33. (t) Lib. XI. c. 29, *edit. Harduini* Sect. 35.

tur,

4 tur illas trans mare in Italiam irrumpere. De Persia *P. Angelus à S. Ioseph* expressè scribit:

Ils passent la mer depuis le desert de l'Arabie, jusques bien avant dans la Perse. | *Transvolant mare* (scil. Sinum Persicum) *à desertis Arabiæ usque in interiora Persiæ.*

[Conf. quæ in *Comm. nostro* de hac causa diximus *p.* 186. §. 84.]

5 In algis autem *Selavas* (si pro coturnicibus accipias) nidulatas fuisse, mihi minus verisimile videtur, quia [experientia teste] id in sicca humo faciunt. Rectissimè Bochartus: *Certum est coturnices in nudo solo nasci & pasci.* Quamvis enim secundùm Diodorũ, è pelago venientes ad Rhinocolura, (†) retibus juxta littus constitutis, in magna copia capiantur, tamen non sequitur illas ibidem manere & nidulari solere. Cætera, quæ de translatione Selavarum latè tractantur, ad Bochartum spectant, nos enim
6 de Ægypto non sumus locuti. Sed ex eâ parte Africæ quam nos infra describe- 42,2.
mus, ad Israëlitas in desertum vento juvante sat citò venire potuerunt. *Immensos tractus locustas permeare*, ex Plinio sæpiùs docuimus, & exemplis confirmavimus. Cùm autem tanta maria sua sponte transire soleant, quantò magis vento, virtute divinâ impellente, tam prodigiosa illarum multitudo congregari potuit.

1 Ad quæ respondens Vir Cl.^mus, *trans mare delatas fuisse Selavas* fortiter negat, Cap. 40.
(sanè coturnicum Patronum id facere oportet) atque autores *à vel è mari aves istas traducentes* aliter explicare nititur, & verba Hebraica מעבר מן הים à mari quasi radendo abripuit, *sensum* trans mare *non admittere*, atque *vulgarem loquendi usum* גלש der See *tantùm adhiberi, cum de loco, unde quid apportetur, non constet.* Quæ ratio, si vera esset, pro nobis faceret, nemo enim sciebat, è qua regione Selavæ istæ venissent.
2 Nos priora repetimus, hæc insuper argumenta addentes:

(1.) *Nisi trajectum asseramus, nullam probabilem rationem dari posse, cur maris hîc fiat mentio.* Nam in communi loquendi usu, si res cis mare repertæ ad nos afferantur, nullam maris mentionem facimus. Ita hîc simpliciter dicere suffecisset, ventis australibus vehementibus Selavas advectas. Tunc enim quivis intellexisset quod etiam ex australibus regionibus, speciatim ex Arabia,
3 quantacunque inter sinum Arabicum & Persicum extenditur, venerint. Occurrere quidem nititur huic rationi autor noster, dum nobis *coturnices tanquam aquaticas vel littorales aves, quæ in algis maris rubri nidulentur*, repræsentat; quasi propterea à mari abreptæ in textu dicantur. Quia verò id naturæ earum non convenire novit, ideò *aliam Arabicis qualitatem esse posse sibi imaginatur*, nullo tamen suffultus testimonio.
4 Josephus, qui impropriissimè & obscurissimè hîc loquitur, *hoc enim avium genus* (inquiens) *præ cæteris alit Arabicus sinus*, expendi non meretur. Quomodo enim & quas alit mare alites nisi ἰχθυοφάγας? Certè coturnices ibi nidulari non dicit. Eodem pertinere ait autor noster, quæ ex Assatiph Arabe, Phanodemo & Diodoro Siculo Bochartus refert. At autores isti de nidulatione coturnicum nihil quicquam habent; Bochartus enim eos, tanquam de generatione coturnicum in ipso mari ineptè
5 loquentes, allegat; quæ planè huc non pertinent. Sed ponamus coturnices certo anni tempore circa littora sinus Arabici in magna copia spectari & capi; putandum-ne est illas, quæ circa littora sinus Arabici volitare (vel si mavis nidulari) solent, sufficere potuisse ad opplendam itineris diei superficiem bicubitali ferè altitudine; nisi
6 multò plures mediterranearum accessissent à mari non abreptæ? Estne verisimile, Scripturam propter pauciores illas littorales *Maris* mentionem facere voluisse? Mihi non videtur. Quid opus fuisset קדים *Vulturnum* ad istas aquaticas coturnices (si in rerum natura dantur) excitare: cùm תימן אשׁ *Auster* vel *Africus* id solus à mari algoso præstare potuerit.

1 Altera ratio, quæ conjecturam istam confirmat, est, quòd *phrasis* à mari Cap. 41.
vel è mari *etiam de rebus* trans mare *venientibus usurpetur communiter.* Plurimas autoritates Bochartus è Græcis & Latinis autoribus affert, qui hoc modo & quidem speciatim de avibus loquuntur, ut supra de palumbibus è mari quot-

(†) Πηλουσίου Stephano & Ptolemæo Urbs Ægypti ad mare Mediterraneum in limite Palæstinæ,

quotannis advolantibus Plinius loquitur, quam procul verò aut quàm longè veniant, nihil ad rem facit, modò mare trajiciant. *Diodor. Siculus* ἐκ τῦ πελάγες *ex pelago* ait, & ita porrò. Ne istum loquendi usum satis vulgatum agnoscere teneatur autor noster, 2
differentiam facit, quæ illi satis: mihi parum evidens videtur; nempe: *Cùm de loco, unde quid apportetur, sæpius non constet*, inquit, *id à mari venire dicitur, quia naves, quæ id ferunt, inde appellunt.* Subsumere hîc possem, quia de loco, unde venerant Selavæ, non constabat, ergo hîc quoque *trans* pro *à mari* intelligendum esse.

Tertia ratio in eo posita videtur, *quòd tam immanis & ineffabilis Sela-* 3
varum copia cis mare *non reperta fuisset absque creationis miraculo, nisi accessissent etiam* transmarinæ.

Cujuscemodi rationes procul dubio induxerunt vetustissimos interpretes, ut 4
trajectum Selavarum statuerent. Samaritanus habet יעבר *transtulit.* Lxx. ἐξεπέρασεν *transtulit ab altera parte* à πέρας, vel πέραν *ultra*; Æthiops ΩΔΘ: quod idem significat; Arabs عبر in prima conjugatione *trajecit* vel *transivit pontem:* In secunda trajicere vel transire fecit. Josephum atque Vulgatam in præcedentibus allegavimus. Quibus calculum suum adjecit judiciosissimus Bochartus, & alii plurimi. Verùm trajectus talis solummodò quadrat in Locustas, neutiquam in coturnices, nisi maximum miraculum adstruere velis.

Cap. 42. Porro acriter impugnat autor noster eos, qui *Selavas ex Ægypto & Africa trans* 1
mare rubrum ventis advectas asserunt, *siquidem hæ regiones totæ ad Occidentem pertineant, ut si inde fuissent adductæ, id* Favonio *nō* austro *fuisset factum, nec ulla sit causa cur abreptæ dici debeant Selavæ ab ulteriore, & non à citeriore maris littore, Israëlitis magis vicino.* At nos 2
de Ægypto non locuti sumus, ut supra dictum, neq; etiam Bochartum defendimus. Ex Africa verò vento תימן Austro accitas fuisse Locustas *in Commentario meo* ℣. *187.* censui. Non quidem ex ea Africæ parte, quæ Ægypto vicina est, sed paulò superius, *Habassiam* versus, gradu 14. latitudinis & 64. *longitudinis.* Inspiciat qui velit 3
tabulas Geographicas vulgares, reperiet mare rubrum sensim *Euronotum* versus vergere, ita ut ducta ex Arabia Petræa in meridiem linea illud mare secet, ut תימן Auster rectà in castra Israëlitarum flare & locustas omnes, illic locorum abundantissimas, cis & ultra sinum Arabicum abripere, & in illa castra deferre poterit. Nam illorum respectu hæc pars Africæ non ad occidentem, sed ad meridiem sita est:

Cap. 43. D. *Quartam Controversiam* 1
autor noster talem format:

Quomodo Psal. 78. v. 27. *tanquam pulvis & arena maris, veluti pluviâ quadam demissæ hæ Selavæ dicantur.* *In* Exodo *est* ותעל & ascendit. *In* Numeris ויטש & diffudit *spargendo super & circum castra, sic ut à vento demissæ & dimissæ denso agmine in castra deturbarentur.* Ita נטש *est hoc modo* sternere, Amos 5. 10. Jer. XXIII. ℣. 33. 39. *Cùm ergo Arabia Petræa non sit regio plana sed montibus &* 2
petris abundet, evidens utique est, ex littoribus primùm inferioribus maris rubri has Selavas fuisse tollendas in altum, ut ad castra Israëlitarum procul à littore tum remota, possent deferri, atque sic, cùm toto littore essent abreptæ & gemino vento collectæ, ingenti copia circa Israëlitarum tentoria dejectas, & in longitudinem ac latitudinem, sic ut tegerent terram, sparsas fuisse.

Bz. PSalmus habet verbum ימטר *pluere fecit*; h. e. *instar densæ pluviæ Selavas in terram* 3
demisit, quâ similitudine nos acquiescimus, nec ultra rimamur. Etenim non in volatu captas, sed humi collectas fuisse Selawas defendimus in Commentario nostro. pag. 188. §. 92.

Cap. 44. D. Quinta controversia.

Quomodo iter diei sit mensurandum in hac historia?

Bochartus iter diurnum minimùm XX. millium *supponit: autor verò illustris* 1
sententiæ novæ id XVI. millium *solùm esse largitur. Sed causam video nullam, cur non*

id ma-

id magis adhuc vel ad VIII. millia *reducamus.* *De* itinere *loquitur Moses, quale tum*
2 *erat* Israëlitis per desertum proficiscentibus, *vel maximè impedituum, cui si per diem VIII. millia passuum seu duo milliaria Germanica tribuamus, certè id plus satis erit. Deinde sermo est de castris non motis sed fixis, cùm Selavæ istis superfunderentur. Quæ si quadrata fuerunt & duo milliaria in longitudinem totidem in latitudinem patuerunt, & hoc sufficere videtur, neque opus esse, ut cum Ionathane Vzielide ad Num. 2. v. 3. nulla necessitate ur-*
2 *gente ad* XII. usq; milliaria *assurgamus. Sic ergo illud* &c. כירח יומם כה quasi iter diei hinc & quasi iter diei illinc, *sumamus de castrorum spatio in longitudinem & latitudinem, vel etiam in circuitum, atque supponamus, secundum id quod antea de gemino vento dictum, & de castrorum dispositione* Num. 2. *legitur, istas* Selavas, *quas Eurus attulit, quoad longitudinem, quas verò auster quoad latitudinem, castris fuisse illatas, & quaquaversum violenta*
4 *dejectione sparsas. Sic sanè multum decedet spatio, adeoq; & ineffabili planè istarum volucrium multitudini, & patebit, potuisse eam naturaliter citra miraculosam creationem, vel inter colligendum multiplicationem dari. Patebit etiam,* Vulgatam *sensum non incommodè expressisse, dum vertit:* demilit in castra itinere quantum uno die confici potest ex
5 omni parte castrorum per circuitum. *Nam quòd Bochartus in eo quoque differentiam inter primam & secundam Selavarum dationem constituit, quòd in illa Selavæ castra solùm texerint, in hac verò etiam extra castra fuerint, hinc inde ad iter unius diei dispersæ; dubito certè fundamento id solido inniti, quandoquidem Num. XI. 31. expressè dicuntur* ידו סביבות מחנה spatiæ Selavæ, **über das Läger**/ *ut rectè Lutherus, quasi itinere diei hinc & quasi itinere diei illinc, adeoq; intra castra ex omni parte per circuitum, ut dictum.*

1 QUanto minus hoc spatium itineris efficere poterimus, tantò minùs miranda erit Selavarum multitudo. Sacer textus quidem quantum vel quale iter intelligendum sit, non exprimit. Generaliter loquitur, ideò generaliter accipiendus erit, nimirum de itinere peditis diurno, quod Bochartus *viginti millium* supponit, ego id *se-*
2 *aecim millium* passuum esse censui. At si de itinere exercitûs locum accipere velimus, decem vel duodecim millia passuum sufficere poterunt. Verùm nulla hîc fit exercitûs mentio, neque etiam firmiter asserere possumus, quòd Moses loquatur de
3 itinere, quale tunc erat Israëlitis per desertum proficiscentibus. Nihil de hoc spatio reperitur in Rabbinorum Commentariis ad h. l. qui procul dubio *iter diei communiter usitatum* intellexerunt. Iis quos hîc consului, responderunt: *nullum certum intervallum profectionis Israëlitarum in deserto dari posse. Eos enim* Num. IX. 18. *ad mandatum Dei sublatâ nube profectos, ad mandatum Dei illa quiescente castra metatos fuisse. Iter itaq; diei apud Israëlitas in deserto certum non fuisse, adeoq; ex communi proficiscendi modo hunc locum exponendum esse; Sibi autem iter diurnum secundùm Doctores Talmudicos esse* X. millium passuum, *atque sic sese hunc locum accipere.*

4 Jonathan Ben Uziel de hoc itinere diei in suo Targum sic loquitur:

ושרא במשריתא כמהלך יומא לציפונדא	*Et resedit* (requievit vel mansit Selava) *in castris ad iter diei septentrionem versus: & ad iter diei austrum versus, & quasi altitudine duorum cubitorum volabat super facies terræ: & ambulabant inter illas usque ad umbilicum, ne fatigarentur quo tempore colligebant eas.*
וכמהלך יומא לדרומא וכרום תרתין אמין	
הוה פרח על אנפי ארעא ורווו מהלכין בהון עד	
פרהון כטול דלא ילעון בזמן מכנשהון	
יתהון:	

[Paraphrasis, ista sibi parum constare videtur. Si enim *resederunt* Selavæ in castris, quomodo dici potest, *quòd volaverint*: deinde *Septentrionem* & *Austrum* tantùm nominat Paraphrastes, cùm tamen Moses addat circumcirca castra. Et ita porro.]

5 Sed ponamus ex sententia autoris nostri pro itinere diurno tantùm octo millia passuum seu duo milliaria Germanica putanda; eaque circumcirca seu ab omni castrorum parte per circuitum: id est, à centro ad circumferentiam circuli metienda, & super illa ipsa extendenda esse: Concedamus etiam spretâ Jonathanis Uzielidis traditione (qui Num. 2. 3. *castra Israëlitarum in longitudinem æquè ac in latitudinem facit* תריסר מיין *duodecim milliarium*) castra illa *duo tantùm milliaria Germanica in longitudinem: & totidem in latitudinem patuisse*, prodibit figura, duo milliaria itineris circumcirca castra per gyrum ostendens, quæ sequitur:





Scala milliarium Germanicorum.

A. Caſtra Iſraëlitarum quadrata in deſerto.
B. Iter diei hinc & iter diei illinc.
C. Circuitus ſeu ambitus caſtrorum à centro illorum ductus & per verba textus, סביבות המחנה ſecundum vulgatam: *Ex omni parte caſtrorum per circuitum*; *ad iter diei minimum*, ſeu duorum milliarium extenſus.

Continet hæc figura *caſtra Iſraëlitarum* in medio circuli ad *duo milliaria Germa-* 6
nica in longitudinem & latitudinem porrecta. *Iter diei* ab extremitate caſtrorum extrorſum proficiſcentium ad totidem milliaria extendimus, idque circulo circumdedimus, quia *circum circa caſtra* textus habet. Prodeunt hinc *XXIV. ſpatia exactè quadrata*, totidem milliaria Germanica comprehendentia. Alioqui ſecundum notam *Archimedis* hypotheſin ſicuti 7. ſe habent ad 22. ita ſe habet diameter circuli ſex milliarium ad ejus circumferentiam 18. milliarium, & 3428$\frac{4}{7}$ paſſuum, ita ut dimidium iſtius circumferentiæ cum ſemidiametro trium milliarium multiplicatum, exhibeat aream circuli propoſiti ferè 28$\frac{1}{4}$ *milliarium Germanicorum.* At nos tam rigo- 7
roſâ computatione uti nolumus, partim propter particulam reſtrictivam כ *ferè, circiter quaſi*; quam textus habet: partim, quia Selavæ non tota caſtra, tabernaculo & tentoriis plena, ſed vacua duntaxat intus loca occupaverunt. Igitur ne quis querendi cauſam habeat, ponamus tantùm dimidium ſupputationis noſtræ, *duodecim ſcil. milliaria Germanica quadrata.* Ad obtegendum tantum ſoli ſpatium, quantum eſt Thuringiæ univerſæ unius duntaxat cubiti altitudine, non ſuffecturas crediderim totius orbis *coturnices.* Id mecum crediderunt multi veterum, qui eam ob cauſam illas vel de novo creatas, vel inter colligendum miraculosè auctas fuiſſe, ſibi imaginati fuerunt. At de *locuſtis* aliud dicendum: nam *octo leucarum* ſpatium ſoli eas naturaliter, & ſua 8
ſponte cooperuiſſe ex *Alvarezio* didicimus. (u) Quidni vento eas divinâ virtute ex omnibus auſtralibus mundi partibus cis & trans maria cogente, duplum triplumvé talis ſpatii compleſſent?

Cap. 46. His viſis atque lectis Clariſſimus autor noſter aliud & inopinatum prorſus I
ſchema caſtrorum eorumque circumferentiæ nobis propoſuit, in quo demum mentem ſuam explicuit, quô modo *iter diei* intellectum vellet. Illud ſequens eſt:

Septen-

(u) *Comment.* ad Hiſt. Æth. *p.* 174. §. 31.



2 Ex quo apparet, quòd iter diei aliô planè modô ac vulgò ſolemus computare velit. Etenim iter facientes diſtantiam loci à quo & ad quem milliaribus vel diurnis itineribus æſtimare ſolent: hîc verò autor noſter nullum iter, ſed quaſi deambulationem prope ſeu juxta vallum ejusdem loci nobis repræſentat, & ſic ab uno caſtrorum
2 angulo ad alterum itineris diurni intervallum metiri parat. Si in prima ſua disquiſitione clarè locutus eſſet, non opus habuiſſet disputare contra Bochartum, qui viginti millia paſſuum ſupponit: nec contra me, ſedecim millia conſtituentem; ſed tantùm dicere potuiſſet æquè longè ac ipſa caſtra extenſam fuiſſe Selavarum multitudinem: illa autem in longitudine & latitudine octo millia paſſuum non exceſſiſſe, idque pro itinere diei haberi. Sic illi primariò cum Jonathane Uzielide diſceptandum, illique priùs quatuor millia paſſuum de longitudine & latitudine caſtrorum decurtanda fuiſſent. Nam priusquam ille erroris convincatur, incertum manebit ſpatium à longitudine caſtrorum deſcriptum.

1 At nobis longè alia mens eſt, nec Schema iſtud novum ullo modo ſtare poſſe cenſemus. Equidem autoritatibus certare non ſolemus, aliàs autori noſtro conſenſum Eccleſiæ Judaicæ & Chriſtianæ (quem aliàs tanti facit, ut non temerè ſententiam receptam mutet) omnium que S. Scripturæ interpretum objicere poſſemus. Qui iter diurnum ut iter facientes ſolent, intelligunt & metiuntur. Has verò rationes nos Viro Clariſſimo opponimus: Cap. 47.

2 Primò ſi iter diei nihil aliud indicat, quam ſolam longitudinem ſpatii ab una extremitate caſtrorum ad alteram, non definitâ latitudine, tunc nihil miraculoſi à Moſe dictum videri poteſt, quod abſit. Quia *longitudo ſola ſine aliqua determinatione latitudinis nullam præſtat æſtimationem.* Id agnoſcit ipſe autor noſter, & fatetur his ſuis verbis; *Scripturam non exprimere quanta latitudine per illa duo utrinque milliaria Germanica jacuerint Selavæ, ſed longitudinem & altitudinem ſolùm deſignare; qua ratione & numero harum avium plurimum & ſimul miraculo decedit.* Idque verum, ſi ſyſtema hoc ſubſiſteret.

Secundò; Conſtat *caſtra Iſraëlitarum in deſerto habuiſſe certam ſuam dimenſionem toti populo notam*; ab illa ergo potiùs, quàm ab incerta itineris diurni computatione, longitudinem, quam Selavæ occupaverunt, determinâſſet Moſes. Nam linea caſtrorum extrema certum tot vel tot mille paſſuum numerum habebat. Aſt itineris diurni ratio varia eſſe poteſt; aliud *iter diei* eſt *equitum*, aliud *peditum*: aliud in *dromedariis*, aliud in *aſinis* proficiſcentium: aliud *exercitus*, aliud *aurigarum*; aliud paſtorum cum armentis & gregibus, & ita porro; ſic diurnorum itinerum in ſacris aliquoties mentio fit, quæ pro materia ſubjecta æſtimanda. 3

Putandumné eſt, Moſen tam incertum ſpatium ponere voluiſſe, cum certiſſimum habuiſſet à longitudine & latitudine caſtrorum utrinque æquali?

Tertiò; Quin & ſi æquipollere putâſſet Moſes longitudinem vel latitudinem caſtrorum (erant enim quadrata) itineri diei, non addidiſſet particulam כמרחק יום *quaſi iter diei*. *Caph* autem menſuræ ſeu æſtimationis *nihil præcisè* definit, quia idem eſt ac ſi diceres *plùs minus*: ſeu *præter propter*. Cùm tamen lineæ caſtrorum externæ *præciſam* habuerint *definitionem*. Si verò reſpondere velit autor noſter, *non planè ſed ferè impleviſſe Selavas lineam iſtam*, tunc obſtabit verbum סביבות *circumcirca*, quod nullum prope caſtra ſpatium vacuum aut inæquale admittit. 4

Quartò; *Aliter* locutus fuiſſet Moſes: & aliter ſecundùm Linguæ ſanctæ ſtylum loquendum fuiſſet. Quæ enim continua ſerie juxta locum aliquem ſeſe extendunt, per יד vel ידי *manus* vel *latus* exprimuntur. Ipſe Moſes alibi ſic loquitur: על ידי ארום *juxta* ſive *ad latera Idumææ*. Num. XXXIV. 3. על ידי בני מנשה *ad latera ſiliorum Menaſſeh* 1. Paral. 7, 29. על יד נהר פרת *ad latus fluminis Euphratis*. Jer. 46, 6. כל יד נחל יבק *omne latus fluminis Jabok* Deut. 2, 37. Eodem modo, ſi id voluiſſet, quod autor noſter, dixiſſet Moſes: על כל יד, vel ut ſupra: על ידי המחנה מזה ומזה, *ad latera caſtrorum hic illic*, diffuſæ ſc. fuerunt Selavæ. 5

Quintò; *Impropriè* locutus fuiſſet Moſes, ſi quod de quadratura accipiendum, ille de circuitu vocula סביבות *circum circa* ſignificaſſet. Circulum quidem figuræ quadratæ circumducere poſſumus, ut in ſchemate autoris noſtri factum; ſed quia angulos caſtrorum tangit, ſequeretur in angulis illis acutis nullas vel pauciſſimas jacuiſſe Selavas, & ſic non undique æquali *ferè circumcirca caſtra* diſtantiâ jacuiſſent, quod textus habet. *Latitudinem diſtantiæ à caſtris* autor noſter exprimere non potuit, quia pro ſuo ſyſtemate in textu nullam reperit; aliàs quadrangularem figuram in certa diſtantia à caſtris delineare potuiſſet, quam coturnicibus ſuis ſufficere putaviſſet, hoc modo: 6



Sextò; Schema illud novum procul abire videtur à ſcopo S. Scriptoris, qui, ut ex toto contextu liquet, nobis repræſentat grande miraculum, quòd venti omnipotentia divina excitati cum impetu quaſi advexerint prodigioſam & ferè incredibilem Selavarum copiam, & quidem in deſertum, quò aliàs non veniſſent: neque ibi pabuli inopia ſubſtitiſſent, in quo ſumma miraculi conſiſtit. Sicuti autem *miracula non fingenda*: ita viciſſim *præter textum extenuanda non* ſunt. Hac verò ſchematis repræſentatione & numero Selavarum & miraculo multum decedit, quod ipſe autor noſter agnoſcit, ut pro *centum medimnis Atticis* una quæque familia ne quidem decem ad victum menſtruum ex tam parva copia implere potuiſſe videatur. Igitur ſchemate hoc everſo noſtrum tamdiu ſubſiſtet, donec aliquis aliud melius produxerit. 7

Cap. 48.

D. Sexta Controverſia.

VI. Quomodo intelligendum ſit illud כאמתים על פני הארץ ad duos cubitos in ſuperficie terræ? *Anne quòd iſtâ diſtantiâ à* 1

terra

terra volarint ſolùm, antequam caderent Selavæ? an verò quòd cumulatæ in tantam altitudinem jacuerint?

Evidens, regi hæc à verbo ויפש & diffudit, *adeoque additamentum Vulgatæ poſt Ionathanem & Hebræorum quosdam ſupponens* volaviſſe eas in aëre duorum cubitorum al-
2 titudine *ſuper terram, omni fundamento carere. Etiam ſimile quo pluiſſe his Selavis in Pſalmo dicitur priori ſententiæ obſtat, cùm altiùs fuerint vento ſublatæ, & in terram tandem dejectæ, uti pluvia cadere ſolet, de qua ſimilis phraſis* על פני הארמה in ſuperficie terræ *adhibetur. 1. Reg. XVII. 14. & XVIII. 1. Vt adeò non opus ſit id fingere, ut quomodo facilè capi potuerint,*
3 *oſtendatur. Poſterius enim magis textui convenit, & veriſimile eſt. Neque tamen etiam opus 1. ut præcisè duos iſtos cubitos ſumamus, cum* ב *ſimilitudinis menſuram præter propter indicet. 2. Iſtam altitudinem Selavarum per tota caſtra circumquaque ſupponamus, cùm ad ſenſum ſatisſit, ſi vel* alicubi: *aut* hinc inde: plerisque in locis, *eâ altitudine jacuerint. Nam & 3. iſta altitudo videtur ad circuitum caſtrorum reſtringi, quod ibi ſic jacuerint. Saltem ad tota extendi non poſſe evidens, ſed minimùm locum, ubi tabernaculum & tentorium conventus erat, excipiendum.*

1 MEritò hic ſpernitur conſenſus omnium Eccleſiæ Judaicæ & Romanæ Doctorum, & Cap. 49
quem illi ex ſuo *Targum:* hi verò ex *Vulgata* ſua de Selavarum in tanta altitudine volatu adſtruunt. Nimirum tantum humi ſpatium in tanta altitudine ab avibus propriè dictis impleri poſſe, plerique veterum nullo modo ſibi perſuadere potuerunt. Sanè ſi *volatum* textui addere, & quidquid aliàs lubet inſerere liceret, omne de Selavarum infinitâ multitudine dubium caderet; minùs densè enim volare potuiſſent.
2 Deinde rectè monetur præfixum ב *præter propter* ſignificare, ſed eousque limitare verba textus abſoluta על פני הארץ *in ſuperficie terræ*, atque inſerere voculas, *alicubi* vel *hinc inde*, vel *plerisque in locis*, ut ſenſus ſit: non per tota caſtra, neque circumquaque per gyrum illorum, ſed tantùm *plerisque in locis* Selavas altitudine duorum
3 præter propter cubitorum jacuiſſe, id ego licitum non putaverim. Aliàs commodè dicere poſſemus: *Et ventus abripuit Selavas, & diffudit* hinc inde *ſuper caſtra*; alicubi *quaſi iter diei hîc:* & alicubi *quaſi iter diei illic circum caſtra:* & plerique in locis *ferè duobus cubitis ſuper faciem terræ.* Nemo dubitaverit, quod id ad ſenſum & miraculum (modò *iter diei* rectè accipias) cibando per menſem toti populo ſatis ſit. Verùm ita loqui, ut miraculum elevemus, & ſententiam aliquam ſingularem ſtabiliamus, nemo facilè probaverit.

4 Quomodo obſecro! congruit ſimilitudo Pſaltis de pluvia, pulvere & arena maris? illanè *alicubi hinc inde*, aut *plerisque in locis* in terram demittitur? nonne ita cadit & jacet, ut omne ſolum æqualiter ferè impleat? Adhæc novum miraculum fingendum eſſet, alites illas, tametſi naturaliter cumulari non ament, ſed ſpatio dato ſeſe explicent, miraculosè tamen *hinc inde, plerisq; in locis*, ad duorum cubitorum menſuram præter propter, ſine dilatatione per ſpatia vacua quietè jacuiſſe, licet ſeſe commodè di-
5 latare & extendere potuerint. Id tamen ob particulam ב *præterpropter* largiri poſſumus, Selavas non præcisè æqualem ubique ſervaviſſe altitudinem, modò hanc non nimiùm diminuas, ſed ſaltem *ſesquicubiti altitudinem* quaquaverſum concedas, profectò infinita prodibit Selavarum multitudo, quæ de coturnicibus naturaliter concipi non poteſt.

1 Defendere quidem conatur Clariſs.^mus autor noſter particulas ſuas; his verbis Cap. 50.
in replicâ ſuâ uſus: *Quando dico, quod ad ſenſum ſatis ſit, ſi vel* alicubi, *aut* hinc inde, plerisque in locis, *eâ altitudine jacuerint, de ſenſu loquor verborum* על פני הארץ in ſuperficie terræ. *Dicitur enim id indefinitè, adeoq; perinde particulariter ac univerſaliter accipi poteſt; ut nullum additamentum ſit, ſed ſolùm ſenſus ambigui ex circumſtantiis deter-*
2 *minatio, ſi particulariter accipiatur. Nam aliàs S. Scriptura notam univerſalitatis addere ſolet, ſi id ita accipi velit.* Ex. gr. 1. Sam XXX. 16. *ubi de Amalekitis caſtra metantibus dicitur* והנה נטשים על פני כל הארץ. Et ecce diffuſi erant in ſuperficie totius terræ; *nempe illius, quam caſtris ſuis occupabant. Alia ſimilia ſunt:* Gen. I. 29. & VII. 3. & VIII. 9. & XI. 4. 8. 9. & XLI. 56. Deut. XI. 25. &c. *Imò phraſis* על פני in ſuperficie *non ſem-*

per totam superficiem ; *sed quandoq; & partem solùm ejus notat.* Ita Job. V. 10. Sic loquitur autor noster.

R. SI bene mentem ejus capio, id vult : nisi nota universalitatis כל *Omnis* adjecta reperiatur, posse propositionem indefinitam etiam particulariter accipi, ita ut hoc loco non tota terræ facies, sed pars ejus solùm intelligatur, adeoque particulas illas, de quibus agitur, stare posse, non ut additamentum, sed ut ambigui sensus interpretamentum. Quibus assentiri nos non possumus. Etenim (1.) *Nullam nos hîc videmus ambiguitatem*, omnia clara & plana sunt, eoque nullâ nec ampliatione nec limitatione opus habent.

(2.) Regula interpretandi Theologis & Jure Consultis satis nota & trita est: *Propositionem indefinitam universaliter esse accipiendam*, nisi exceptiones manifestæ & validæ dentur, adeò ut non opus sit particulam universalitatis addere, quam nec scriptura semper addit, quamvis propositio universalissimè sit intelligenda. Ex. gr. *Gen.* VIII. 21. legimus כי יצר האדם רע מנעוריו *quia indoles* (x) *hominis mala à teneris.* Istud indefinitè dictum profectò perinde particulariter ac universaliter accipere non licet, quia de universis omnino hominibus agit; quod docet locus parallelus *Gen.* VI, 5. ubi vox universalitatis כל *omnis* addita reperitur כל יצר מחשבות לבו *omne propositum*, seu omnis intentio *cordis ejus.* Locus Jobi. 5. 10. ab autore nostro allegatus planè pro nobis facit הנתן מטר על פני הארץ *Qui dat pluviam super faciem terræ.* Pluvia enim non in partem aliquam, sed in universam terram, ubicunque pluit, cadit, nec *alicubi*, aut *hinc inde*, vel *plerisque in locis*, verùm omne spatium, quocunque cadit, humectat. Sic Selavæ *omne solum*, in & extra castra, tabernaculo & tentoriis non occupatum, instar pluviæ vel arenæ, bicubitali ferè altitudine oppleverunt.

Cap. 51. Porrò expetit Vir clarissimus *fundamentum postulati mei de sesquicubitali altitudine.* Illud in responsione mea præcedente exposui, nimirum ; Quia כ מ̇ mensuræ i. e. *circiter, præter propter*, non permittit, ut ad duos cubitos integros ascendamus, nos tamen eousque cedere, & de miraculosâ altitudine remittere aliquid voluimus, ut in certo aliquo quanto pedem figeremus, neque infra sesquicubitum descenderemus. Cessimus inquam, & remisimus plus satis, cum particula *ferè* parum absit à toto, ut tutò asserere possimus, qui *præter propter* duo dicit, illum ultra assem & dodrantem summæ putare; at nos, ut in aliquo certo ab omnibus concedendo subsisteremus, certum pro incerto, nempe unum cubitum cum dimidio admittere voluimus.

Cap. 52.

D. Septima Controversia.

Quomodo fuerint collectæ ? vivæne retentæ an statim occisæ Selavæ ?

Modus collectionis verbo אסף *exprimitur. Collegerunt nempe rem quiescentem vel humi jacentem, prout sic verbum hoc sumitur de collectione cineris.* Num. XIX. 10. *spicarum in messe* Ruth II. 7. *& similibus. Neque tamen necesse est, ut ubique ita sumatur ; cùm frequentiùs de collectione stantium, & se loco moventium, sive hominum, sive pecorum accipiatur.* Vid. Num. XI. 16. 24. Gen. XXIX. 3. 7. *& alibi passim. Quod tamen hîc non quadrat. De posteriori quæstionis membro Scriptura tacet, ac prout* Malvendæ commentum de caveis in quibus Selavas aluerint Israelitæ, *meritò exploditur, si nec aliud quid temerè præter scripturam asserendum, nisi quod certum sit vivas retentas haud fuisse, quomodocunque etiam necatæ ac ad cibum præparatæ.*

R. VErbi אסף significationem de *collectis rebus humi jacentibus*, vel *stantibus*, non volantibus, accipi posse placet. Idque magis locustis quàm avibus congruit, quas capere vel venari (ut Josephus loquitur) non colligere solemus. Necatas fuisse Selavas necessariò sequitur ex eo, quod mensuratæ & expandendo circum circa castra expansæ fuerint, quod de vivis dici nequit. Quomodo verò necatæ & conservatæ fuerint, infra audiemus cap. 99.

(x) Propriè *figmentum, formatum* ; hîc *indolem, ingenium* denotat.

Octava

D. Octava Controversia. Cap. 53.

Qualis mensura fuerit עשרה חמרים decem Chomarim? *utrum* חמר *hîc* Corum *mensuræ genus, an verò* acervum *in genere notet? Et quomodo* Selavæ *fuerint mensuratæ?*

2 *In voce & re nihil esse videtur quod obstet, quin* חמר *æquè possit* acervum *ac mensuram notare. De voce constat ex locis à* Bocharto *allegatis, qui de* acervis *intelligit. Res etiam non repugnat,* Selavas *nempe humi jacentes æquè fuisse in acervos collectas ac ranas,* Exod. VIII. 14. *cùm semimortuæ forent. Ego tamen illorum sententiam præfero, qui coro Selavas verè mensuratas fuisse censent, at non omnes, nec ab omnibus, sed ab aliquibus tantùm, qui minimùm collegisse videbantur, ob rationes in* Comm. in Hist. Æth. p. 190. *adductas, quantumvis* Bochartus *dicat:* Corum mensuram granorum non carnium esse.

3 *Prout enim liquidorum quoque est,* Ezech. XLV. 14. *sic extra ordinem ad Selavas mensurandas potuit adhiberi. Quinimò nec ille numerus Selavarum immanis & omnem superans fidem, quem Bochartus urget, ex hac mensura tum sequitur, cùm haud opus sit largiri, quæ mensurarum sub regibus Israëliticis, ultimis inprimis temporibus, ratio fuit, eandem Mosis quoque temporibus fuisse.*

1 חמר Vocabulum *Chomer* seu *Corus* hoc loco de *mensurâ* non de *acervis* accipiendum, & ab aliquibus tantùm mensuratas fuisse Selavas per rationes in *Commentario meo pag. 190. §. 103.* adductas rectè judicat doctissimus autor. Alteri sententiæ res ipsa repugnat, nam *nulla comparatio pluris vel minoris institui potest, ubi nulla certa quantitas exprimitur*, quam *acervi* non habent, cori verò habent, ut dicto loco demonstratum dedimus. Argumentum quoque duxi ex eo, quòd mensuratio locustis quidem, non verò avibus conveniat, quæ potiùs numeratæ quàm mensuratæ fuissent, præsertim magnæ, ut nonnulli Rabbini de *Selavis* nugantur. (y) Nec frustra Bochartus dixit: *Corum granorum esse mensuram non carnium.* Cùm verò Corus ingens sit mensura, continens præter propter *octingentas libras* vini vel frumenti, (z) vel *decem medimnos Atticos*, ut viri docti computant, quod est *onus Cameli*; adeoque decem Chomer centum tales medimnos conficerent, quantam coturnicum summam capere, mactare, deplumare, eviscerare & expandere, ut tandem ad esum idoneæ reddantur, qui familiæ, etiamsi numerosissimæ plurimisque diebus (nisi miraculum statuere velis) impossibile prorsus fuerit; Et tamen ista erat minima collectarum Selavarum summa, cùm plerique multò majorem collegissent. Torsit mensura hæc peringeniosum Bochartum, qui חמרים per *acervos* reddere maluit, quamvis nullam comparationem præstent, tantùm quia decem Coros pro singulis colligentibus omnem fidem superare: & non in mensem, sed in annos sufficisse putavit. Hæc de Coturnicibus verissimè prædicantur: de locustis minimè; utpote quæ siccatæ & in pollinem redactæ vix quadrantem tantæ summæ residuam effecerint. Idem cum Bocharto sensit autor noster, quapropter acervos meritò rejiciens, alia undique conquirere studet argumenta, quibus coros istos Mosaicos, coturnicibus nullo modo convenientes, imminuere possit.

1,53,4. Cap. 54. 1,20,7. 1,28,2. 60,2.

Cap. 55.

1 Quandoquidem verò conjecturam suam de Coro Mosis forte minore quàm qui Regum tempore in usu fuit, nulla probabili ratione stabilire potuit, quia verisimile non videtur populum Israëliticum mensuras Legislatoris sui secutis temporibus augere voluisse, incidit in *Stanislai Grsepsii Poloni* opusculum, *de multiplici siclo & talento Hebraico; item de mensuris Hebraicis Antverpiæ An. 1568. impressum*, qui lepidum discordantes monetarum, mensurarum & annorum numeros conciliandi modum excogitavit: & tanquam Canonem quendam universalem nobis proposuit; Ut unum & decem illi unum idemque sint. 2 Quippe quantitatem eandem diversis tantùm numeris & mensuris alterâ majore alterâ minore interdum & mediâ distingui opinatur. Exempli gratia: *Decem Coros parvos* facere *unum Corum magnum: & periodum decem Anno-*

(y) Confer quæ de *mensuratione locustarum* infra cap. 103. pleniùs dicemus. (z) Sic tradunt post *Villalpandum, Waltonus, Pococke, Ed. Bernardus*; quorum tractatus allegamus infra cap. 57. ubi simul judicium nostrum de hac mensura intelliges.

Annorum conficere *unum Annum magnum.* Ubi verò denarius numerus non congruit, ibi aliam proportionum conciliationem quærit; ut sequentia exempla docebunt. Sic *Chomer* sive *Corum Hebraicum capere* dicit *sex medimnos Atticos, & similem fuisse Cypselæ, mensuræ Athenienſium totidem medimnos continenti*; Epiphanii atque Eupolemi testimonio fretus. Statim transit ad aliam capacitatem, *decimam cori partem etiam corum dici* putans: *sicuti decimam talenti talentum*, idque hoc probat exemplo; *Tertio* al. *Primo Reg.* V. 25. al. 11. legitur: *Salomonem Hiramo regi Tyri annuatim dedisse* עשרים אלף כר חטים *vicies millenos coros tritici.* Quia verò *Iosephus* historiam hanc referens scribit: σίτε μὲν αὐτῷ κατ' ἔτος πέμψας διχιλίας κόρους *quòd tritici tantùm bis mille coros illi quotannis miserit*, inde conciliator iste statim concludit: *bis mille coros* tantundem esse ac *viginti mille*, nimirum Josephum loqui de magnis, sacrum textum verò de parvis coris, nullam de mendo suspicionem habens. Cùm tamen notissimum sit, multa passim menda apud autores profanos, partim etiam sacros in numeris reperiri; quia numeri notis numericis olim exprimebantur. (a) Exemplum habemus in ipso Josepho *de annis vitæ & regni Salomonis*, in quibus à S. textu discordat, ut in *Commentario nostro* docuimus. Ita hîc quoque fieri potuit, ut in codice Josephi Hebraico, quo ille usus est, pro nota numerica ב *Viginti*, nota binarii numeri ב *Duo* scripta: vel ista litera hoc ferè modò ב ambiguè expressa fuerit; Josephus autem in dubio numerum *bis mille cororum* ut probabiliorem prætulerit. Nam *viginti mille cori* immanem efficiunt tritici summam, quanta in Palæstina ad exportandum quotannis superfluè vix crevit vel superavit. Si verò Salomo in Ægypto summam istam (aliunde enim vix parabilem) emisset, id Scriptura non silуisset. Debuere velis) causam discrepantiæ à S. textu indicaturum fuisse, additione epitheti *Magnus*, vel utroque numero expresso: *Vicies mille coros parvos*: sive *bis mille magnos*, &c. Præsertim cum eodem loco *Badi* capacitatem expresserit. *Badus verò*, inquiens, *capit ξέστας sextarios LXXII.* cur in hoc loco dubio omisisset cori capacitatem? quam infra *Lib.* XV. *Antiq.* c. 12. indicat, ubi mensuram hanc *decem medimnos Atticos* continere scribit, nullâ neque majoris, neque minoris olim vel tunc usitati *Cori* facta distinctione. Habemus ergò hîc tres Cori species; *Vnam* sex medimnorum Atticorum; *alteram* decem medimnorum: & *tertiam* parvam scilicet unius tantùm medimni. *Quartam* nunc Grsepsius exsculpere parat ex alio Josephi loco, qui Lib. III. in fine sic scribit: *In magna fame*

p. 106. Ibid. 3 4 d. l. §. 7. 5 6 p. 107. 7

Κομισθέντος ἀλεύρου τῇ τῶν ἑορτῶν τῶν ἀζύμων εἰς κόρους ἑβδομήκοντα (Μεδίμνοι δ' ἦσαν σικελικοὶ μὲν εἰσὶν εἰς ἓξ πεντήκοντα, ἀττικοὶ δὲ τεσσαράκοντα εἰς) ἐδεήθη τῶν ἱερέων κρίμνου ἓν φαγεῖν.	*Cùm allati essent in festo azymorum* farinæ Cori septuaginta [Nota hîc parenthesin] (*Medimni* sunt isti *siculi* triginta & unus: *Attici* verò quadraginta unus) *nemo tamen sacerdotum ne micam unicam comedere ausus fuit.*

Ista sine ulla epicrisi exscribit, & septuaginta parvos coros intrepidè asserens eos in septem magnos reducit; sic rursus divisione facta reperit non exactè sex medimnos Atticos plenos, sed *modio fermè uno*, id est: *sexta medimni parte minus*, seu quinque medimnos cum decunce; nec ullum aliud effugium novit, quàm differentiam inter rasas & cumulatas mensuras. Quæ ita confusè & intricatè proponit, ut ipse nesciat ubi pedem figat. 8

[Nobis parenthesis illa non Josephi, sed è margine in textum intrusa videtur, ab imperito quodam librario sine ulla idonea computatione. Nam Josephus qui data occasione comparationem mensurarum instituit, differentiam Cororum magnorum & parvorum, si aliqua fuisset, hîc vel alibi non tacuisset. Deinde exaggeratio *quòd tamen nullus Sacerdotum ausus fuerit quicquam de allata farina comedere*, arguit ingentem farinæ summam allatam fuisse, quæ *septem Coros* excederet; aliàs *Josephus* aliter fuisset locutus.] 9

Cap. 56. p. 117. Capite sequente *de divisione Cori* Grsepsius quasi decem medimnorum oblitus, scribit: *Videtur corus antiquissimus fuisse duodecim medimnorum, qui ad minorem duplam haberet proportionem, sicut talentum sanctuarii ad talentum minus publicum talem proportionem* 1

(a) De qua materia latè egimus *in Commentario nostro* ad Lib. I, cap. 3, N. 28. p. 82.

2 *nem habuit.* Hæc ergo *quinta* est cori species. Videamus nunc *sextam.* *Apparet* in- pag. 120.
quit. *Reges habuisse sua pondera & mensuras, quæ peculiari nomine Regia dicta fuerint, & habuisse sesquiplam proportionem ad minores mensuras*; *Batum regium majorem cepisse ses-quibatum minorem: Sic* corum majorem regium sesquicorum cepisse minorem, *nimirum novem medimnos*; quia scil. sex medimnorum fecerat *Corum minorem*, ut supra
diximus. De alio adhuc coro, quem Ægyptium vocat, agit cap. sequente, cum quo p. 121.
3 nobis nihil est negotii. Quæ cuncta sine ulla idonea inductione sive exemplorum demonstratione aut applicatione tradit. Oportuisset eum non statim ex uno solo autoris loco: vel unius aut alterius autoris testimonio, diversæ capacitatis & tamen unius nominis mensuras formare; sed applicationem ad textum facere, atque ex frequentibus autorum exemplis & circumstantiis historiarum demonstrare, id, quod proponit, revera se ita habere. Sed ille rem totam sine idonea ἀπαρίστῳ aut ἀποδείξει lectorum judicio permittit.

1 Eundem ludum ludit in *annis.* Quia 2. Reg. XV. 7. repetiuntur *quadraginta* Cap. 57.
anni post quos Absolon Davidem regem adiit; Josephus autem tantum *quatuor* habet,
conciliatio Grsepsio est in promptu. *Decima anni annus dicitur*, inquit, *vides ut hic de-* p. 110.
nos annos Iosephus pro singulis annis computat. Quamvis in toto Josepho alibi non re-
2 periatur, quòd *periodo decennali* pro *uno anno*: aut *decem coris* pro *uno* utatur. Si hoc pacto ætates Patriarcharum ante diluvium, secundùm Hebræos 1656. secundùm Græcos 2242. annorum, conciliare, atque istos Arithmetica arte dividere vellemus, proditura hinc esset stulta & ridicula periodus, si stylo Grsepsii diceremus: *Vides hîc annum Hebræorum continere annum Græcum, 4. menses, septem dies, novem horas & 23. minuta Græca*; ut scil. pulchram ostenderemus convenientiam annorum Græcorum & Hebraicorum. Has & similes inconditas quisquilias viri nostro sæculo eruditissimi nauci prorsus fecerunt, ita ut *Grsepsium* post *Villalpandum* ne allegatione quidem amplùs diguati fuerint, quamvis varias variorum sententias de ponderibus & mensuris Hebræorum allegarent, vix Josepho citato, cujus loca illis procul dubio de mendis
4 suspecta fuerunt. Illi Viri sunt: *Bochartus*, qui de hac mensura fusè disserit P. II. Lib. I. c. 15. p. 105. & seq. *Brianus V Valtonus* in apparatu ad *Biblia polyglotta* de mensuris seu vasis Hebræorum pag. 42.

Eduard. Pococke in eruditissimo Commentario Anglico in Hoseam ad vocem לתך *Lethec*, semicorum. *cap* III. 2. p. 135. a. Eruditissimus *Ed. Bernardus, Prof. Oxoniensis* in luculentâ *appendice ad Hoseam* de mensuris concavis antiquorum n. 51. in voce *corus.* Quorum nemo *Grsepsii* meminit.

Hottingerus Grsepsium quidem allegat, sed cum ad duplicem illius corum venis-
5 set, ait: *Decimam cori partem* VULT *Grsepsius dici pro ipso coro, &c.* quibus verbis ejus opinionem simpliciter refert, neutiquam verò approbat.

1 At *Villalpandus* Grsepsium in tota sua tractatione de *Coro* cap. 9. *de Hebræorum* Cap. 58.
mensuris acriter perstringit. *Nemini verisimilis videnda est*, inquit, *decima cori mensura,* p. 453. a.
quam ille pro arbitrio finxit. Et in margine: *Falsò decima cori corus dicitur Grsepsio. Et*
cap. X. *Sed his omnibus cori computationibus illa est magis à veritate aliena quam perse qui-* p. 456. b.
tur Grsepsius. Erravit enim in medimni divisione, &c. Quâ in re ducitur quibusdam conje-
cturis, quas qui audiet, planè mirabitur, eas alicui in mentem venire potuisse. Porrò: *Ex*
his igitur principiis, illis persimiles colligit conclusiones; decima enim cori, *inquit*, corus p. 457. a.
dicitur, *idque satis superq; probasse existimat* NB. JOSEPHI MENDO, *qui, quos liber*
2 *Regum* viginti mille coros *dixerat, ipse librarii fortè vitio* bis mille *dixit. Præterea in*
difficilē quendam Iosephi locum incurrit, in quo septuaginta farinæ cori, Siculis medimnis
uni & triginta *exæquantur*: Atticis verò uni & quadraginta; *qui locus NB. ita vitiatus*
videtur esse doctis viris, ut occasionem hallucinandi Budæo dederit atque aliis & mea qui-
3 *dem sententia* COECUTIENDI GRSEPSIO. Quid volumus amplius? Istud *Villalpandi* de *Grsepsio* judicium sufficere poterit ad convellendam omnem improvidi istius viri autoritatem. Qui eximium *Villalpandum* insignem Philologum ac in talibus versatissimum non novit, legat *Hug. Grotii* testimonium *in notis ad Ezech. cap. 40.*
4 Non tamen plane fatuus fuit *Grsepsius*, quia mente suâ assequi potuit; Vocabulum

חמר *Chomer* Num. XI. in *collectione Selavarum non cumulum* ſeu *acervum* (ut plerique veterum interpretati ſunt, quos Bochartus ſequitur) ſed *menſuram* denotare, quod veriſſimum eſſe ſupra diximus. (†) p.112. *Quid enim certi*, inquit, *hæc expoſitio affert? Omnino enim Scriptura, cùm dicit decem coros, certum aliquid his verbis indicare voluit &c.* In quo ſolo à *Villalpando* immeritò reprehenditur, argumento verborum *Exodi* VIII ubi *cumulatio ranarum* per חמרים חמרים *diverſos acervos* facta legitur, quibus ſententiam Grſepſiii planè refelli putat; cùm tamen eo in loco nulla comparatio, nec ullus acervorum numerus, qui comparationem indicet, deſcribatur; ut *in Commentario noſtro* pluribus docuimus. Siquidem ex eo loco Exodi nihil aliud probari poteſt, quàm quod חמר *Chomer* non *Corum* tantùm ſed etiam acervum ſignificet. *Epiphanius* 6 quoque, cujus autoritate *Grſepſius* nititur, non eſt teſtis omni exceptione major. Legatur de eo judicium *Villalpandi* dicto cap. X. qui ſcribit: p.456.a.D *In nulla ferè menſurarum collatione* Epiphanius *cum Ioſepho concordat: nam alias gentium menſuras percenſet* Epiphanius, *quamvis eisdem, quibus Hebræas, nominibus. Niſi dicas* (*quod veriſimilius eſt*) *in numeris pene librarii vel interpretis mendis* Epiphanii *librum ſcatere.* Quod dictum eſto illis, qui ſe in eo fundant.

[Iſtud egomet obſervavi (quod neſcio an alius) *Epiphanium* vocem להך Lethec 7
ſemicorum, (quæ vox apud *Oſeam* cap. 3, 2. reperitur) exponere ELEVATIONEM, ſecundum linguam (ut ille quidem putat) Hebræorum; *quòd menſura illa â juvene* (b) *forti elevari ſeu attolli & aſino imponi poſſit.* Verùm ego in tota lingua Hebræa hanc ſignificationem non reperio; nec apud Rabbinos, nec in affinibus Orientalibus linguis radix hujuſce ſignificationis invenitur.]

Cap. 59. Sed ponamus, exempli gratiâ, unum tantùm corum juſtum, (qui *decem* conſtabat 1
Ephis, Epha autem decem Gomoris) intelligendum eſſe, habebimus centum Gomoras. Cùm verò Gomor menſura fuerit victus diurni pro uno homine, exinde ſequetur, in uno menſe XXX. dierum *tres* tantùm homines *cum triente* tali coro Grſepſico ſuſtentari potuiſſe. Ponamus *quatuor*, quomodo hoc congrueret numeroſis Iſraëlitarum familiis? quæ ſi tantùm unum magnum eorum avium ſingulæ collegiſſent, vix in dimidium menſis caro illis ſuffeciſſet. Ut vel ex hac ratione fictitius ille Grſepſii corus explodendus ſit. Denique cum in confeſſo ſit, decimam ju- 2
ſti cori partem Epham eſſe, *corus parvus* Grſepſii exactè æquipollebit *Ephæ*; quæ menſura eſt omnium communiſſima, ut etiam κατ' ἐξοχὴν pro *menſura* accipiatur. (c) Quid quæſo! cauſæ fuit, quòd Moſes, qui toties hâc voce in Pentateucho utitur, veluti *Exod.* XVI. 35. *Lev* V. 11. & XIX. 36. *Num.* V. 15. & XXVIII. 5. quòd Moſes, inquam, pro certa & notiſſima menſura, ambiguâ & inſolitâ de *Selavis* uti, & pro *decem coris* non *decem Ephas* potiùs dicere voluerit?

Hæc propterea effuſiſſimè dicenda fuerunt, ne quis nobis impoſterum unum 3
pro decem Coris obtrudat, atque hoc pacto miraculum divinum planè extenuet.

Cap. 60. Omnis autem de voce חמר *Chomer* dubitatio & disputatio exinde orta, quod 1
decem cori pleni, ſi de coturnicibus intelligantur, ſecundùm vulgarem computationem incomprehenſibilem Selavarum multitudinem, non in menſes ſed in annos, inferant, id quod cauſam fingendi Grſepſio: reliquis verò vocabulum illud per acervos interpretandi præbuit. At ſi pro coturnicibus *locuſtas* intelligamus, decem cororum 2
juſtorum ſumma non erit nimia, nam recentes & in tanta copia jacentes corpuſculorum ſuorum raritate atque tenuitate illos facilè & citò impleverunt, ſiccatæ verò & in pulverem redactæ vix quadrantem iſtius ſummæ, quoad ſubſtantiam comeſtibilem, reddiderunt. Pergamus ad alia

D. Controverſia Nona.

Cap. 61. *Qualis illa expanſio fuerit, de qua dicitur:* וישטחו להם שטוח 1
סביבות המחנה *& expanderunt eas expandendo circum-*
circa caſtra. Id

(†) Confer quæ *in Commentario noſtro* de hac materia latè diſſeruimus *pag.* 190. §. 103. (b) Νεανίας eſt in Græco, quod non *adoleſcens*, ſed *juvenis* hoc loco reddendum. *Ferox & audax juvenis* Lexicographis vulgò Vix tamen dabitur, qui trecentas libras noſtri ponderis attollere poſſit; exinde colligo per quadringentas *libras* rũ להך Lethec, *Romanas* duodecim Unciarum ſingulas, intelligi. (c) Schindlerus & Caſtellus in Lexicis ſuis

2 *Id gemino modo intelligi poteſt; vel de Selavis ſoli ferventi per aliquod temporis ſpatium* humi expoſitis, *& per acervos latè circumcirca caſtra dispoſitis, quæ ſæpiùs baculis converti potuerunt, donec ſufficienter eſſent ſiccatæ, ut in menſem aut ampliùs durarent; quas*
3 *poſtea aqua rurſus macerare, coquere vel alio pacto ad eſum præparare quiverint. Vel de iisdem ſupra terram aut etiam circa tentoria* ſuſpenſis & expanſis. *Vtroque enim modo* שטח *in locis parallelis occurrit.* Priori *haud dubio* 2.Sam.XVII.19. *ubi de* הרפות ſeu granis tritici contuſis, *uti Hebræi exponunt, vel hordei, ut alii volunt, (Luth.* Grütze *vertit) dicitur; quòd ſic ſupra orificium putei, in quem deſcenderant exploratores Davidis, fuerint*
4 *expanſa. Et ſic* Jer.VIII.2. *de oſſibus ſepulcro ejectis ac diſperſis. Sed &* poſterioti *ubi de* manuum expanſione Pſalm. LXXXVIII.10. & retibus expanſis Ezech.XXVI. 5. & XLVII.10. *eſt ſermo. Vtrùm verò intelligendum ſit, magis pateret, ſi quid eſſent Selavæ, aut quem in finem id factum ſit, hactenus conſtaret. In ſuſpenſo igitur id relinquendum tantisper, donec ad has textus circumſtantias ſic conſideratas utraque de* coturnicibus & locuſtis *ſententia fuerit expenſa; id quod jam bono cum Deo aggredior.*

5 EXpoſitio verbi שטח nobis placet, niſi quod *ſuſpenſio* cum *expanſione* confundatur. Etenim radix iſta nusquam *ſuſpendere* ſignificat. Loca allegata ab hac ſignificatione ſunt aliena, manus enim *non ſuſpendimus*, ſed extendimus: retia autem ſub dio humi plerumque expandi ſeu extendi, non ſuſpendi ſolent. Quam ob cauſam *ſuſpen-*
6 *ſionis* ſignificatio huic radici præter omnes Lexicographos attribuenda non eſt. Imò quamvis hanc quoque ſignificationem admitteret, neutra tamen ad coturnices aut illas alias aves applicari poſſet. Intra paucos enim dies vel verminabunt antequam ſiccentur: vel ſi maximè tam citò in fervidiſſimo ſole ſiccarentur, nunquam tamen hoc modo arefactæ deplumari, rurſus emolliri & ad eſum præparari poterunt. Verùm & nos cætera argumenta tantisper differemus, donec collatio utriusque ſententiæ inſtituta fuerit, quia nobis totius cauſæ deciſiva videntur.

Sequitur Collatio utriusque ſententiæ à doctiſſimo disquiſitionis autore inſtituta. Cap. 6.

Artic. I. *De ſignificatione vocis* שלו *Selava.*

I *Quod ad vocem* שלו Selav *attinet, ambigunt quidem Hebræi, quid propriè fuerit. In* D *eo tamen ad unum omnes conveniunt, quod ſit* עוף מין ſpecies avis, *ut* Kimchius in lib. radicum *ait. Sic illi, qui* Kichli, ſichli, phaſiani, turdos, ficedulas, phaſianos, *ſpecies ejus in Talmude tract.* Joma *conſtituunt: ſic* Græci *interpretes:* autor *libri* Sapientiæ *&* Philo, *qui* ὀρτυγομήτραν, *vel cum* Joſepho ὄρτυγα *ſeu* coturnicem *reddunt. Sic Arabs Alachphaſi qui per* سلوى *ſeu* avem *exponit. Sic Rabbinus ille Hieroſolymitanus, qui* ſpeciem galli magni campeſtris *eſſe putabat.* (f)

2 *Selavas* eſſe מין עוף nos nunquam negavimus, ſed hoc non exponendum eſt *ſpecies avis*, ſed *ſpecies volatilis*, quia Hebraicum עוף non tantùm aves ſed & quævis alia volatilia ſub ſe comprehendit, ut ſupra ad primam dubitandi rationem liquidò p. 203. demonſtratum fuit. Verum enim verò ſit ita; Hebræos aliosque Interpretes & Theologos ad unum omnes שלו pro ave propriè dicta habere, quid tum poſtea?
3 Nos utique ſtatim in proœmio demonſtravimus, quòd in ſpecie diſſentiant; atque 7,8. & 9,1. exinde firmiter concluſimus:

(1.) Diſſenſum in ſpecie, nec non diſcordiam in omnibus narrationis partibus, conſenſum in genere plane vanum & irritum reddere.

[Confer quæ ſupra diximus cap.7.§.8. & cap.9.5. infra cap.75.]

4 (2.) Deinde in expoſitione vocum dubiarum licere à communi omnium Interpretum opinione recedere; idque exemplo *Bezæ*, *Deodati* & *Bocharti* demonſtra- 7,5. & 70. vimus; qui, quamvis interpretes ad unum omnes Judæi & Chriſtiani *Behemoth* pro animali merè terreſtri: *Leviathan* verò pro animali merè marino habuerint, genuinam tamen horum aliorumque ſimilium vocabulorum ſignificationem, ad noſtra

(f) *Albertus* Lib. 23. p. 619. referente *Geſnero* Lib. III. p. 319. *Ortygometram* ineptiſſimè fecit genus *Galli Sylveſtris* maximum. Id procul dubio à *Iudæis* accepit, qui id ex traditione valdè vetuſta habuiſſe videntur. Ille verò ridiculè putat eſſe *Tetraonem* vulgò Orhan/(Aurhan) *Coq de bruyere* Gallis. Hi ſcilicet nullo negotio tot Coros impleviſſent.

usque tempora ignoratam, excogitare & prodere non dubitarunt; quæ hîc repetere nolumus.

(3.) Non autoritatibus sed argumentis certandum; neque videndum *quot?* sed *quid?* alii dicant. Adhæc ponderandæ non numerandæ sunt Eruditorum opiniones. 5
Denique

(4.) Hoc ipsum est in quæstione. Omnes enim qui *Selavas* Aves esse puta- 6
runt, ignorantia veræ significationis id fecisse, asserui. Quare vanum est illos contra me citare, etsi duplo plures allegari possent.

Cap. 63. D. *Neque tanta est inter* ὀρτιγομήτραν & ὄρτυγα *differentia, ut aves revera diversæ sint* 1
dicendæ, præsertim si illam Hesychii *etymologiam, (cui similis in* πεπιγομήτρα, ἐχινομήτρα *&c. favet) admittamus, ex qua* ortygometra ὄρτυξ ὑπερμεγέθης coturnix supra modum magna *est. Majus enim & minus speciem non variare constat; & si vel quædam hîc accidentalis differentia in magnitudine & cruribus longis ortygometræ sit, coturnicibus tamen non usquequaque dissimilis est.*

Hæc sunt autoris nostri argumenta, ut consensum aliquem interpretum eliciat, atq; 2
Lxx. cæterosque antiquos Judæorum interpretes cum Josepho conciliet, quasi *Ortygometra & Coturnix* aves revera diversæ non essent. Potuisset etiam allegare Bochartum sibi adstipulantem, qui ad verba *Hesychii* ait: *Vel hinc colligas* Ortygometram *à vulgari coturnice solâ magnitudine differre. Itaque istas aves multos promiscuè sumere, nempe* Josephum, Hieronymum *& alios.* At nobis contraria sententia potior vi- 3
detur, nimirum aves istas *revera diversas* esse: neque *Ortygometram* solâ magnitudine, aut longis tantùm cruribus, sed & forma corporis & membrorum, atque colore & quod potissimum est, naturâ atque indole à coturnicibus multum differre; imò eas odisse atque necare, ut studiosus lector ex sequentibus variorum autorum descriptionibus cognoscere poterit.

Primus Aristoteles (g) sic scribit: Ἡ δὲ Ὀρτυγομήτρα παραπλησίως μορφὴν τοῖς λιμναίοις 4
ἔοικε. Ortygometra *proximè accedit formâ ad palustres* [aves]. Ad quem locum *Jul. Cæsar Scaliger* (h) tanquam de ave sibi bene nota, sic loquitur: *Aristoteles facit eam* (Ortygometram) λιμναίοις *similem & sanè non est absimilis gallinagini; corpore eam æquat, colore tamen dilutiore: facies tota est coturnicis. Etiam hodie aucupes quidam* matrem qualearum (*des cailles*) h. e. *coturnicum* vocant. Quidam etiam *rasle.* (i)

Idem *Aristoteles* distinguit eam à coturnice; nam *cùm coturnices discedunt*, in- 5
d. l. quit, *simul discedit Lingulaca &* Ortygometra *& Otus & Cynchramus. Augustinus* in 6
Exodum quæst. 62. *Illis* Ortygometra *data est*, id est: *aves, quas coturnices multi Latinè interpretati sunt; cùm sit NB. aliud genus avium ortygometra, quamvis coturnicibus non usquequaque dissimile. Alexander Myndius* eam describit apud *Athe-* 7
næum, interprete Bocharto, *quod sit magnitudine turturis, longis cruribus, alsiosa & timida.* Bochartus ista referens fatetur: *Ex horum virorum sententia planum esse*, Ortygometram *à coturnice specie differre.* Sed audiamus adhuc duos summos viros *Salma-* 8
sium & Grotium idem sentientes: *Ille* (k) Hesychium allegans qui Ortygometram coturnicem prægrandem dixit, notanter subjungit: *Aristoteles* Ὀρτυγομήτραν *diversi generis avem facit, &c.* & mox: *Formam ejus describit avium palustrium similem. NB. tantùm abest ut sit coturnix. Hic* verò *in notis ad Exod.* XVI. 13. scribit: 9
שלו Græcè Ὀρτυγομήτρα. *Non tamen exploratum satis, an eâ avis fuerit.* Subindicans diversam esse avem à coturnice; aliàs dixisset: *quæ parum differt à coturnice.* Addit: *Rabbini Salomo & Kimchi contenti sunt dicere avem pinguem.* Post tantos viros vix quenquam dubitaturum puto ortygometram revera multùmque diversam à coturnice avem esse.

Cap. 64. Quia verò avis hæc vulgò minus nota, utpote rara: ac in Lexicis parum vel va- 1
riè ex-

(g) Lib. VIII. Hist. anim. cap. 12. (h) *In Commentario suo*, ubi est *caput XV. num. 135.* (i) Hanc expositionem secuti veteres Lexicographi Galli *Râle* in Lexicis suis reddunt *Ortygometram*, cùm *Râle* sit avis aquatica. Quam ob causam non placet *Aldrovando* nec *Gesnero.* Aliqui temerè *Fulicam* exponunt, aucupii imperitissimi. (k) In exercitationibus Plinianis ad verba Solini cap. XI. Ortygometra dicitur, pag. 128.

riè expositа; operæ pretium putavimus descriptiones Neotericorum hic inferere. In-
2 ter quos primas tenet Aldrovandus, solertissimus animalium indagator. Is ad verbа Aristotelis, *quòd Ortygometra corporis specie palustribus avibus similis esset*, notas talium avium profert, nempe *crura longa, digitum, qui pro calce est, perbrevem, corpus gracile, & plumas plerumque varias: ventrem albicantem, caudam brevem, rostrum longiusculum modicè flexum.* Ex his notis plurimas *ortygometræ* competere scribit, *ut Aristoteles jurè*
3 *eam aquaticarum formâ esse dixerit.* Pergit scribendo: *Ortygometra enim, vel saltem quam ego ortygometram existimo, (nam & aucupes nostri, qui eccè hæc scribenti mihi ceu rarius apparentem avem adducentes,* Ré delle quaglie *vocant) licet rostrum quàm aquaticæ minus, longè tamen quàm coturnices majus obtinet, & caudam exiguam ac penè nullam, crura pedesque pro corporis portione longos, colorè inter croceum & viridem medio; totus ferè capitis, colli dorsiq́, nec non major alarum pars, quà dorsum spectant, testaceus; in summa coturnici potissimum fœminæ perquàm similis, quare rectè* Rex coturnicum, *quasi* magna coturnix *appellabitur.* (l) *Alæ quà ventrem contingunt, ruffescunt. Collum anterius & pectoris initium prorsus testacea. Venter & coxæ ut in accipitre stellari. In fœmina omnia pal-*
4 *lescunt.* Hæc Aldrovandus αὐτόπτης. Refert enim *eandem avem* à Cardinale Paleotto *sibi dono missam: aliam se vivam emisse, atque in cavea milio & frumento aluisse.* In Nomenclatura sua ait: *plerosque populos, proprium ignorantes nomen, ortygometram circumscribere; Italos vocare* il Ré delle quaglie: *Gallos* le Roy & la mere des cailles: *Germanos quosdam* der Wachtеln König: *alios verò* sericam eine Schrecke *appellare, teste* Gyberto Longolio, quem *solum omnium retentiorum hanc avem agnovisse* prædicat.

1 Non abludit *Conrad. Gesnerus* (m) haud minus diligens talium investigator. Is Cap. 65.
repetitâ *Aldrovandi* descriptione *Gyberti Longolii* verba addit, qui in dialogo de avibus sequentia refert: *Ortygometra*, i. e. *scrica nostra* (eine Schrecke) *duplo major est. Vocem mirificam, instar coaxantium ranarum clamoris, edit, sed subtiliorem multò & acutiorem: ita ut rubetam* (n) *assereres, ni unico spiritu sæpius ingeminaret. Rostrum ei quàm coturnici longius est & acutius, crura pedesque satis etiam pro corporis spatio longos* (longiora coturnice) *obtinet, colore inter croceum & viridem medio; quin etiam frugilega est, & advena, ante quàm coturnices haud uspiam audias: & cùm illa non auditur, neque coturnices te speres amplius tum visurum, &c.* Hæc ille; & alibi: *Scricæ nostræ primæ discedunt &*
2 *primæ veniunt.* Ipsa autorum, non omnibus obviorum, verba referre volui, ut æquus Lector judicet, an solâ magnitudine ortygometra ab ortyge [*coturnice*] differat, sicuti *Bochartus* ex *Hesychio* argumentatur: & an meritò pro synonymis habeantur, ut promiscuè sumi potuerint ab iis, quos Bochartus allegat, de quo mox plura. Etenim non unam sed plurimas notas lacustrium avium ortygometræ competere *Aldrovandus* testatur, non crura tantùm longa, sed & rostrum coturnicum rostris longè majus, colore inter croceum & viridem medio. *Longolius* illi vocem mirabilem ranarum viridium
3 tribuit, & primam venire ac primam discedere tradit. Adde quod *avis rara* sit: *Coturnix* ubivis obvia. *Illa solitaria: Coturnix* gregalis, catervatim advolans. Illa mordax: Coturnix mitis, ut colorem taceamus. Quæ differentiæ ita comparatæ sunt, ut longè diversam notent avem. Jure igitur viri illi magni supra allegati scripserunt: *Orty-*
1 *gometram esse aliud genus avium.* Idem constabit ex descriptione, quam nuper ex Cap. 66.
Helvetia insignis amici (o) ope accepimus:

Nachricht von dem Vogel Schrecke.

WEgen deß Vogels / von etlichen Schrecke genennt / habe bey hiesigen unterschiedlichen Weidmännern fleissige Nachfrage gehalten / und so viel vernommen / daß zwar der Vogel hiesiger Landen wol bekandt / aber nicht unter dem Namen Schrecke; sondern bey den Weidleuthen **Eggenschär** / wie auch
2 **Wachteln König**; und bey den Bauren **Grasrätscher** genennet werde. Dessen gröſſe ist ohngefehr wie eines **Kramets vogels**. An dem **Kopff** ist er von

(l) Fortassis ideò, quia illis dominatur, easque tanquam *Tyrannus* odit atque necat, abusivè Rex à Vulgo vocatur. (m) De avibus Lib. III. Tit. de Ortygometra. p. 318. (n) Rana rubeta *Bufo* est. Malè hic accipitur pro *Rana viridi*, Laubfrosch / quam Græci *Calamiten* vocant; teste *Plin. Lib. 32. c. 10. Sect. 42.*
(o) Is est Joh. Heinr. *Heideggerus* editis scriptis clarissimus.

Farb grünlecht/an dem **Schnabel** blau: an den **Flügeln** und dem **Rücken** wie eine gemeine Wachtel. Der **Schnabel** ist länger als einer gemeinen Wachtel. An dem **Bauch** hat er dunckel graue Federn: **lange Beine**; aber Füsse und einen stumpffen **Schwantz** wie die Wachteln: gehet gantz auffrecht/und flieget dem Bodem nahe/doch **nicht so starck** als die Wachteln/ kommt mit den Wachteln / und zeucht mit denenselben wieder fort. Jedoch sind die Wachteln nicht gern bey ihm/ 3
weil er ihnen auffsätzig/und sie/wie er kan/vertreibt. Ein gewisser Edelmann/ dieses ohnwissend/ hat einen solchen Vogel zu 30. gemeinen Wachteln gethan; welche er säuptlich in einer Nacht zu todt gebissen. Seine Speise ist wie einer gemeinen Wachtel. Er ist mager; jedoch das Fleisch gantz delicat, und von den Frantzosen sehr beliebt. Massen die Frantzösische Herren Ambassadorn in unsern Landen demselbigen fleissig nachstellen lassen / und ihn auff eine sonderbare Weise zuzubereiten wissen: wie ein hiesiger Edelmann es zu Solothurn an deß Gesandten Tafel gesehen. Das Geschrey ist zimlich laut/gleich einem Laubfrosche/jedoch schlägt er nicht wie die 4
Wachteln/ sondern führt sein Geschrey zimlich lang einander nach. Er wird in den Garnen gefangen/wie andere Wachteln/und so er gefangen ist/ thut er immer brummen. Er hält sich am liebsten auff in den Wießgründen / neben den Ackerfeldern. Gleich wie der Wachteln Junge gelb sind; also hingegen dieses Vogels Junge sind braun oder modenfärbig. Ob wol dieser Vogel hiesiger Landen wol bekant/und 5
unterschiedlicher Weidleute / Edlen/Bürger und Bauern/welche hierüber consilirt, Bericht gleichlautend ist: so ist er jedoch in unsern Landen nicht gar gemein. Der Holländische Abgesandte an hiesigem Ort berichtet/ daß Er in dem Clevischen / und daherumb gemein seye/ und wuste ex tempore zu erzehlen diese aldort gebräuchliche Verse:

In de Maand May
Legen d' Vogeltjes een Ey
Behalven de Wachtel ende Schriek
Die legen't in den Bow
En dragen daar over het geheele Jaar row.

Id est: Die Wachteln und die Schrecke/ legen die Eyer in das Korn und Wiesen/ und so man das Korn schneidet/oder das Graß abmähet/werden solche Eyer meistentheils gefunden/unnütz gemacht/und darüber trauren die alte Vögel das gantze Jahr über.

Summa est:

Ortygometram in Helvetia non Scricam, sed Eggenschär/ *item* Regem coturnicum, 6
à rusticis verò Graßrätscher *vocari. Eam esse magnitudine turdi capite subviridi, rostro cæruleo: alis & dorso coturnicis, sed rostro longiore, ventre cineritio obscuro, longis cruribus, pedibus & caudâ coturnicis. Venire & discedere cum coturnicibus, eas tamen odisse, & si possit, morsu necare. Macilentam quidem esse, sed carnis delicatioris, quam Galli æstiment. Vocem edere non sicut coturnices, sed veluti calamitæ, captam continuè murmurare. In pratis juxta arva libentissimè versari, pullos ejus non flavos ut coturnicum, sed subfuscos esse. In* Helvetia *rariùs: in* Ducatu Clivensi *frequentiùs reperiri,* atque *ibi Scricam* Schrecke/vel **Schriek** *vocari.*

Cap. 67. Elumbis *Hesychii Etymologia* contra tot autores profectò nullius est momenti, 1
Nominalem tantùm non realem nobis tradit definitionem, nihil neque de forma, neq; de ingenio istius avis tradens, quam fortassis non noverat nec viderat unquam. Compositionem solam respexit, quòd vox Μήτηρ vel Μήτρα, cum aliis vocabulis conjuncta, magnitudinem plerumque denoret. At hîc alia compositionis ratio dari potest, quòd nimirum coturnicem comitetur, vel gregem earum ductitet, quamvis ex nominibus rerum, à vulgo plerumque impositis, invalidum sit argumentum. Quæ cùm ita sint, 2
tritum illud *majus & minus non variare speciem* locum hîc habere nequit. Quandoquidem supra & descriptione & autoritate summorum virorum docuimus, *Ortygometram specie à coturnice reverâ differre.* Differentia inter utramque avem non accidentalis sed specifica & essentialis dicenda erit. Quamvis enim coturnix ortygometræ

metræ non usquequaque dissimilis sit, proptereà tamen pro synonymis haberi ne-
3 queunt quia aliud est simile esse, aliud idem; diversum autem non est idem. *Passeres*, *alaudas*, *limaces* rectè similes dixerimus, neutiquam verò easdem. Quin etsi solâ magnitudine aves nostræ, de quibus disputamus, differrent, *Ortygometra* tamen non esset *Cournix*, nec coturnix ortygometra: sicuti *Molossus* non est *Melitæus*, quamvis uterque canis sit speciei specialissimæ.

1 Nunc ad *Bochartum*, eadem cum autore nostro sentientem, quamvis ab eo non allegatum, transimus. Insignis iste Vir solitâ suâ ἀκριβείᾳ in hac causâ usus non est, tametsi agnosceret ex *Aristotelis*, *Augustini*, & *Alexandri Myndii* sententiâ ortygometram à coturnice specie differre, ut paulò ante retulimus; Mox tamen ex sola Hesy-
2 chii etymologia colligi ait: *Ortygometram à vulgari coturnice solâ magnitudine differre.* Quæ juxta se stare non possunt. Priorem sententiam priùs expressè improbare debebat, antequam secundam probaret, aliàs in medio relinquere videtur utramque sen-
3 tentiam. *Multos Ortygometram & coturnicem promiscuè sumere*, ait, Josephum pro exemplo allegans; qui tamen non promiscuè modò hâc, modò illâ ave, sed solâ duntaxat coturnice utitur, non quòd eandem cum *ortygometra* avem putaret, aliàs hoc ipsum vocabulum, ut *Philo* & alii Judæi ante illum Græcè scribentes, retinuisset; sed quod coturnices multò meliùs quàm Ortygometras ad textum quadrare censeret, ut supra monuimus cap. I. §. 4.

Cap. 68. 63,7.

1 Porro *Hieronymi* versionem cum Vulgatâ confundere videtur Bochartus. Sanctus ille vir utique *Psalmos* vertit, qui in operibus ejus reperiuntur, non verò *Librum sapientiæ*, nec ullos *Apocryphos*. Verum est, Vulgatam *in Lege* & *Psalmo* CIV. (al. V.) h[a]bere *coturnicem*, at cum translator ad librum sapientiæ veniset, cautè retinuit *Ortygometram*, quia coturnicem ad verba textus non congruere animadvertebat. De
2 qua re supra pluribus disseruimus cap. XV. §. 7. Quòd verò *autor mirabilium inter opera Augustini* illas aves in eadem historia promiscuè sumat, id ejus insciliæ vel dubitationi tribuendum. At quando Bochartus *Salmasium* allegat, debebat etiam sequentia ejus verba allegare: *tantùm abest, ut sit coturnix*, quæ supra protuli-
3 mus. Hæc uberius tractare voluimus, ut magnum discrimen inter *veteres Iudaicos interpretes* & *Iosephum* eò clariùs patesceret: simul etiam studiosi excitarentur inter aucupes Europæ de vero & genuino vernacularum nomine & natura *ortygometræ*, avis aliquin rarissimæ, inquirere, eamque cum coturnice per ἀυτοψίαν comparare.

Cap. 69. 63,8. 64,3.

4 Ad quæ autor noster clarissimus: *Se quidem nunquam dixisse, ortygometram cum coturnice unam & eandem avem esse penitus, in multis tamen inter se adeò convenire, ut Græci interpretes, qui Ortygometram habent, eodem sensu ac Iosephus, qui coturnicem reddi-*
5 *dit, acceperint.* Quæ gratis dicta puto, imò parùm Philosophicè. *Penitus* vel *non penitus idem esse: revera* vel *non revera* diversum esse, Aristoteles in Metaphysicis ignorat. Fallacia hîc committitur argumentando ab identitate generica ad identitatem specificam. Deinde quis nobis pro certo dixerit interpretes illos in tanto errore fuisse, ut aves diversas, eò quòd in multis conveniant, pro iisdem: avesque ignotas pro notis posuerint. Diversas enim esse ex tot descriptionibus, nec non testimoniis virorum judicio non destitutorum lectoribus nunc satis liquere arbitramur. Quid denique faceret ad rem, si omnes interpretes unam eandemque avem nominassent, ea verò textui naturæque rei non esset consentanea? Pergit autor noster:

1 *Quòd verò* שלו *in ulla lingua locustam significaverit unquam, vel etiamnum significet, id priùs aliquâ verisimilitudine videtur probandum, antequam quæri possit utrum circumstantiæ miraculi ad hanc hypothesin meliùs queant applicari.*

D. Cap. 70

2 IDem objicere possumus Josepho ejusque sequacibus, quòd שלו in ulla lingua *coturnicem* significaverit unquam id priùs aliqua verisimilitudine probandum fuisset, antequam locus iste sic redderetur. Etenim si hanc methodum sequi, & priùs quærere voluissent Viri illi præclari supra nominati, num *Behemoth* & *Leviathan* in aliqua lingua *Hippopotamum* & *Crocodilum* significaverint unquam, vel etiamnum significent; veram istorum vocabulorum significationem nunquam indagassent; à posteriori enim, Icil. ex *Iobi* descriptione cognoverunt quid esset. Qua ratione & ego ad

Rz. 1,3. 7,5. 62,4.

novam

novam hanc ſententiam inductus fui. Equidem optaviſſem, ut שלו in aliqua lingua *locuſtam* denotâſſet, tunc enim labor iſte tædioſus, veram ſignificationem argumentis ex ipſo textu & à natura rei deſumtis demonſtrandi, ad me non perveniſſet. Sed nos invertimus propoſitum argumentum: *Cujuscunque rei qualitates & circumſtantiæ rei deſcriptæ & narratæ competunt, illi nomen etiam competere neceſſe eſt*: vel ut cum vulgo Philoſophorum loquamur: *Cui competit notatum, ei quoq; competit neminis notatio.* Adeò ut ſi ipſa vox שלו *Selav* olim fuiſſet æquivoca, & tam *coturnicem*, quàm *locuſtam* indubiè ſignificaviſſet, poſterior tamen ſignificatio ex circumſtantiis & hiſtoriæ traditione hoc noſtro loco præferenda eſſet priori. Cæteroquin radix שלה *Shala* non abludere videtur ab hac voce; etenim *Abundavit* ſignificat, quæ ſignificatio ad omnem *abundantiam*; at ſi de volatilibus ſermo ſit, ad *locuſtas* multò magis applicari poterit, quàm ad *coturnices*. *Quamvis* (ut *Bochartus* loquitur) *Maſorethæ verbum hoc per Sin dextrum, illud* (nempe שלו) *per ſiniſtrum ſcripſerint* διακριτικῶς. Pergit: 3 4

Cap. 71. D. *Certè vulgatæ ſententiæ non parum præſidii in eo, quòd* Græcus *Interpres, Autor* libri Sapientiæ, Joſephus, Philo *ſic acceperint eo tempore*, quô *Judæi majorem adhuc harum rerum notitiam habebant, quàm hodie, & hanc totius gentis ſententiam fuiſſe, meritò inde colligi poteſt.* 1

R. SI hoc argumentum valet, expoſitionem vocabulorum in captivitate Babylonica deperditorum tantò meliorem eſſe quantò antiquiorem, Vulgatæ ſententiæ certè parum præſidii in ſolo Joſepho remanebit, cùm omnes iſto antiquiores, *Græci videl. Interpretes*, autor *libri Sapientiæ & Philo* non *coturnicem* ſed *ortygometram* reddant. Secundum iſtos vernaculæ erunt corrigendæ, & pro Wachteln / ponere oportebit Eggenſchär/Graßrätſcher/Schrecke/ꝛc. quia illorum expoſitio prævalere debet expoſitioni poſteriori *Joſephi*; qui longè poſt illos coturnicem primus excogitavit. Alioqui totius gentis circa avem aliquam propriè dictam in obſoleta ſignificatione conſenſum veritati non obſtare ſupra latè demonſtratum dedimus, & mox porrò demonſtrabimus cap. 75. Cæterùm theſis autoris noſtri nititur falſâ hypotheſi. 2 3 4 62. 2.

Cap. 72. D. *Num fieri potuit, ut miraculi, quod ſingulis annis lectione ſabbaticâ commemorabatur ſic omnis apud Judæos intercideret ratio, ut tandem pro locuſta coturnicem, pro inſecto avem ſubſtituerent omnes?* 1

R. IDem per inſtantiam regerere poſſumus de omnibus vocabulis, quorum ſignificatio in captivitate Babylonica periit: *Num fieri potuit, ut* ∓ Dudaim, *quorum in lectionibus* Geneſeos *publicis & privatis mentio fiebat, ſic omnis apud Judæos intercideret ratio, ut tandem pro ſuavi & benevolente* Muza *fœtidam* mandragoram *ſubſtituerent.* Itane cenſet Cl.mus autor *Judæos* in exilio *Babylonico* ſuas ſynagogas ſuosque libros ſacros habuiſſe, ut ſingulis Sabbatis *ſeptem* ſuas *paraſchas* legere & explicare potuerint, & nihilominus plurimarum vocum obliti fuerint. Si tamen mirari liceret, cur in annua repetitione hujus miraculi tam ignari veræ hujus vocabuli ſignificationis manſerint Judæi, ut pro inſecto avem ſubſtituerent, mirarer & ego, *quî fieri potuerit, quòd avem ſcientes & memorantes ſpeciei communiſſimæ & notiſſimæ, qualis* coturnix *fuit, obliti ſint*, ita ut vetuſtiſſimi Judaicorum Interpretum, (qui rem meliùs ſcire poterant quàm Joſephus) tam mirabiles atque raras aves *ortygometras* vel *Phaſianos* pro *coturnicibus* poſuerint, ut etiam plerisque hodiernorum Judæorum nihil omnino ex his placeat. 2 3

Exemplum de *Dudaim* à nobis allatum *diſſimile eſſe* putat autor noſter, *eò quòd hiſtoria illa tantùm ad familiam Iacobi, & non, ut hocce miraculum, ad totam gentem pertinuerit, propterea illius faciliùs oblivi ſci potuiſſe Judæos, quam vocis* שלו. Verùm enim verò ſi obliti fuerunt eorum, quæ ad quotidianum uſum & eſum ratione ciborum mundorum vel immundorum ſpectant; quidni obliti fuerint alicujus vocis in hiſtoria diu præterita, qualis eſt iſta de *Selavis?* Sumat quæſo aliquis in manus cap. XI. *Levitici*: & cap. XIV. *Deuteronomii*, & expendat *ſyllabum animalium mundorum & immundorum*, quorum differentiam Judæi hodienum tam ſuperſtitiosè & ſtrictè obſervant, ut malint animali planè abſtinere, quàm in dubio de illo comeſſe. Attamen vix decimum quodque animal rectè exponunt Judæi, veræ ſignificationis obliti. (p) *An ergo quotidiana* 4 5

(p) De quibus videatur Hierozoicon Bochartı; qui vocabula Hebraica plurima per tot ſecula à doctiſſimis Magiſtris ignorata, dilucidè expoſuit.

6 *diana iſta non ad totam gentem pertinent?* Species certè locuſtarum,quæ illis circum
eapita in ipſa captivitate Babylonica frequenter volaverunt, nunc amplius non nove-
runt,quod *R. Salomo* jamdudum ſponte ſua faſſus eſt. (q) *Quomodo illi memoriâ tenu-* 1,23,4.
iſſent,quid Selavæ fuerint?

1 *Hactenus ergo Occidentales,* שלו *coturnicem eſſe putantes, ſolius Ioſephi autoritate non* D.Cap.73.
nituntur.

2 CUjus ergò aliàs? quisnam illo prior coturnicem habet? Nominandus fuiſſet ali- R.
quis alius, qui ante Joſephum coturnices expoſuerit: vel indicandum,quis illi
hanc ſignificationem inſpiraverit. Si nemo alius nominari poteſt, utique ille ipſe
3 eſt,à quo Occidentales omnes ſignificationem iſtam coturnicum didicerunt. Quis
enim alius eos id docuit? Joſepho antiquiores,ut diximus, *Ortygometras* habent, quas
alias & diverſas aves eſſe quàm *coturnices*, in antecedentibus luce meridianâ clariùs cap.62.&
demonſtravimus,nec ullus Occidentalis translator produci poterit,qui verſionem ſu- ſeqq.
am hac ratione defendat,quod Lxx. interpretes idem habeant & dicat: *Ortygometras*
& coturnices easdem eſſe aves.

1 *Neque univerſa Iudæorum turba ab eo diſſentit vel ſaltem dubitat,cum* שלו *avem eſſe* D.Cap.74
non inſectum, ad unum omnes magno conſenſu ſtatuant.

2 QUæ de magno conſenſu generico hîc rurſus urgentur jam ante diluimus, atque R.
diſſenſum ſpecificum largiſſimè docuimus. Veluti ſi de animali quodam pe- 7,8.
regrino & ignoto quæſtio eſſet, quod unus *aſinum:* alter *ſimiam:* alius verò *vulpem* 9,5.
nominaret, idque aliquis *magnum conſenſum in quadrupede* vocare vellet. Ita ſe ha- 62,3.
3 bet conſenſus allegatus in *ave.* Idcirco ſi à genere ad ſpeciem veniamus,verum ma-
net, quòd univerſa Judæorum ſchola,pauciſſimis exceptis,à *Ioſepho* diſſentiat, vel ſal-
tem dubitet; id liquidò docuimus in *Commentario noſtro*, (r) ubi alius שלו *Selavam*
עוף גדול מין *genus avis magnæ* in genere: alius *magnum Gallum campeſtrem*, (ſcil. *Te-*
traonem) alius *phaſianum* in ſpecie: alius *hirundinem* Schwalw: alius gute Vögel/ &
4 ita porrò nominat. Hic ſcilicet eſt magnus ille conſenſus. Ad ea reſpondet Vir cla-
riſſimus,*multò majorem eſſe convenientiam inter* ὀρτυγομήτρας & ὄρτυγας *quàm inter anima-*
lia modò à nobis nominata. Id nos ſatis bene capimus. Sed nos non inſtituimus compara-
tionem illarum ſpecierum inter ſe,ſed generis tantùm,quia autor noſter dixerat: Ju-
dæorum atque tot aliorum (s) turbam שלו AVEM *magno conſenſu ſtatuere*; ſic nos
exemplis allegatis *magnum* ſcilicet *conſenſum in* QUADRUPEDE oſtendere voluimus.

1 *Qui* (conſenſus) *majoris momenti videtur quàm ſi per conjecturam ex hypotheſi, quòd* D.Cap.75.
textus meliùs locuſtis quadret,dicamus: potuiſſe שלו Selavam *locuſtarum mundarum à Mo-*
ſe nominatarum vel ſynonymum eſſe: vel ſpeciem aliquam quatuor illarum principalium,cu-
jus nomen ſpecificum ibi non ſit expreſſum.

2 AT nobis multò minoris momenti videtur magnus iſte in genere conſenſus,ob mul- R.
to maximum diſſenſum in ſpecie,quàm ut propterea pronam atq; facilem textus 62,3.
expoſitionem & applicationem ad locuſtas omittere debeamus. Quô quæſo funda- 1,4.
mento alio Joſephus coturnices expreſſit,quàm per ſuam conjecturam, quam ſupra
indicavimus. Locuſtæ illi non venerant in mentem. Judicent jam lectores,quæ con-
3 jectura prævaleat? Nos inſiſtimus theſi noſtræ, vocabulum ignotum vel ambiguum 70,2.
ex circumſtantiis & naturâ rei à poſteriori exponendum eſſe, utut à priori nulla certa
vocis derivatio dari poſſit. *Hoc opus hic labor eſt.* Applicationem ad textum nos ur-
gemus. Si ea fieri non poſſit, quamvis Interpretes ad unum omnes etiam in ſpecie
quadam avis convenirent,inutilis foret talis conſenſus.

Hactenus itaque vox שלו *communi potius quàm novæ ſententiæ favere videtur.* D.

4 HActenus nobis non videtur: neque etiam lectoribus noſtris, ut ſperamus, vi- R.
debitur.

Art. II. *De carne propriè dicta.* Cap.76.

1 *Certum quoque arbitror hypotheſes quinque priores de* carne *propriè dicta petita &* D.
data,& avidè conſumtâ meliùs coturnicibus quàm locuſtis quadrare.

I Reſpon-

(q) Vide Comment. noſtrum Lib.1. N.106. §. 4. p.202. (r) Lib.I. num. 96. §. 4. & ſeqq. pag.169. & 170. (s) Quos ſupra cap. 62,1. cumulatè narrat in ave convenientes.

℣. REspondimus supra, & causas dedimus, cur hypotheses illas admittere nequeamus. Ergo ad disputandum contra nos nihil faciunt, nec allegari possunt. Id tantùm hîc addimus: Minimè dici posse Israëlitas talem carnem petiisse & accepisse, qua- 1
lem olim habuerint, cùm neq; illi neq; Moses *avium* ullam fecerint mentionem: imò vix cogitaverint, ut ipse autor clarissimus innuit infra cap. 88,1. Quomodo obsecro! 2
dici potest, quòd Israëlitæ petierint id de quo an cogitaverint incertum, carnem videlicet avium? Quomodo interri potest, quòd Deus illis talem carnem dederit, qualem illi non petierunt; quin imò de qua ne cogitaverunt quidem? Rectè sibi- 3
met respondet ipse Vir clarissimus; *dum tamen aves datæ, magis omnipotentia Dei demonstrata, & incredulitas Mosis detecta fuit?* Quo pacto & nos jure dicere possemus ex 4
hypothesi autoris nostri: Etsi vel Israëlitæ carnem concupiverint, atque cum Mose eam postulaverint, dum tamen locustæ in tam ineffabili copia in desertis locis datæ, magis omnipotentia divina demonstrata & incredulitas Mosis convicta fuit. Qua 5
ratione bene nobis convenit cum autore nostro de causa dationis Selavarum; quòd Deus nullum habuerit respectum ad concupiscentiam Israëlitarum, vel ad expostulationem Mosis, ejusque futuras forte exceptiones, sed ad solam omnipotentiam suam pro beneplacito suo, longè aliter ac Israëlitæ putaverant, demonstrandam.

Cap.77.D. *Apostolus 1. Cor. 15. v. 39. nonnisi quadruplicem novit carnem*, hominum, pecorum, I
piscium, & volucrium. *Carnem insectorum ignorat. Quod si quis regerat, πτηνῶν dicere non* ὀρνέων, volucrium *non* avium; *respondeo, licet nomen generalius sit, de* avibus *tamen Interpretes omnes accipere, quotquot* Vögel / oiseaux, birds *reddunt.*

℣. REctissimè hîc conceditur vocabulum πτηνῶν *volucrium* seu *volatilium* generalius 2
esse, quàm ὀρνέων, *avium.* Igitur *insecta volatilia* sub illo vocabulo comprehendi posse, quis negaverit? Sub Græco πετεινῶν in V. Test. Gen. I. 20. comprehendi, nemo dubitat. (t) Interpretes qui de *avibus* hunc locum minùs benè accipiunt, nihil ad nos. Rectiùs interpretes omnes & fortè plures de alatis accipiunt, quotquot *vo- 3*
latilia vel *volucria* reddiderunt: nempe *Vulgata, Arias Montanus, Castalio, Beza in Biblius Tremellii & Iunii*, & alii plures. Etiam *Syrus* habet ܛܝܪܐ quod idem significat. Contra tam claros Interpretes Latinos vernaculorum autoritas qui Vögel / 4
oiseaux, Birds / reddunt, valdè exigui est momenti, cùm potiùs Geflügel / Gallicè *Volaille* reddere debuissent. Angli tale vocabulum generale non habent; nam *volucris* in Lexicis suis exponunt **a Fowl / a Bird / a Fly / a Wasp.** *Avis, musca, vespa.* Ubi nota, quòd *insecta* etiam subintelligant. Tandem addunt: **Every thing that flies.** *Quicquid volat.* Quin & si omnes omnino Interpretes reddidissent 5
aves, Vögel / *oiseaux, birds*, Uccelli, **ПТИЦИ. Ецнлаіс. Ptacy / Fogolar / Linduin /** *Adar*, ideóne significationem vocabuli Græci mutassent? quod *volucre* seu *volatile* præcisè significat, & omne quicquid volat, sub se comprehendit, ergo & *insecta volatilia.* Verùm quod supra monuimus: Bonus Philologus de textu non ex versionibus: sed de versionibus ex textu judicat. Quin etsi *aves* dixisset Apostolus, an ideò sequeretur, substantiam locustarum comestibilem analogicè *carnem* dici non posse? Quia nominatio unius non est exclusio alterius.

Cap.78.D *Quoties etiam in Scripturis de esu carnis agitur*, בשר carnem *propriè dictam cujusmodi* hædorum, *arietum, juvencorum &c. notat.* 1

℣. SI jam subsumere vellemus de *piscibus*, ut autor noster facit de *locustis*, pulchra exin- 2
de prodiret conclusio: *Pisces non habere carnem.* Vel si sic argumentaremur: quia בשר *Caro* terrestribus tantùm tribuitur, quæ in arcam Noë intraverunt *Genes.* VI. 17. 19. & VII. 15. 16. *non verò piscibus, ergò his non esse carnem.* Tales conclusiones ex talibus præmissis sequuntur, si nimirum è *positione unius exclusionem alterius* inferre velimus.

[Confer quæ supra ad secundam rationem negativam in simili diximus.]

Carnem verò saltem analogicè competere insectis volatilibus, ex eo clarè li- 3
quet, quod illa sub voce *carnis* manifestè contineantur dicto cap. VII. v. 15. in verbis:

(t) Istud apodictice & largè docuimus supra cap. 22. 25. 26. & seqq.

Et ingressæ sunt ad Nochum in arcam bina bina מכל בשר אשר בו רוח חיים DE OMNI CARNE in qua spiritus vitalis,& vers. 16. *Masculus & fœmina* מכל בשר DE OMNI CARNE introierunt. Neminem autem dubitaturum puto,sub hac carne spiritu vitali præditâ, & sub utroque sexu comprehendi quoque *insecta volatilia*, apes, cra-
4 brones, nominatim *locustas*. Quid ergo impedit,quò minùs carnem locustarum de esu etiam accipiamus? Profectò Magistri locustas indubiè sub *carnem* esculentam referunt,sic enim in tractatu נדרים *Hierosol.* sive *de votis* loquuntur: הנודר מן הבשר הוא אסור בבשר דגים וחגבים hoc est: *Qui votum abstinendi à carne fecerit,ille quoque obligatus erit abstinere à* CARNE *piscium &* LOCUSTARUM. (u) Itaque secundùm Hebræos locustæ quoque carne præditæ sunt. Mox quoque audiemus Locustarum substantiam Fleisch *carnem* Germanicè vocari. Quicunque ergo consensum Magistrorum in מין עוף adeò urget,eum quoque ex eorum sententia *Carnem locustarum* agnoscere decet.

1 *Qualem verò petierint Israëlitæ carnem satis indicant verba eorum ℣. 5. ubi piscium,* D. Cap. 79.
quos gratis comederint in Ægypto faciunt mentionem,& dubium Mosis ℣. 22. ubi animalium solum & piscium meminit, quibus etiam propriè caro *tribuitur* Lev. XI. 8. 11. *& talis quoq; procul dubio fuit data, nempe* שאר *caro quæ ossibus adhæret* Psal. 78. ℣. 27. vid. Mich 3, 2. *An verò hæc etiam locustis tribui queat,& anne cibus iste Ægyptiis fuerit familiaris & in deliciis habitus,atque istis potuerit satisfieri & desiderio populi & dubio Mosis, ut potentiam Dei agnosceret,mihi non liquet.*

2 Liceat hîc mihi respondere *Plinii* verbis (x) de *insectis* differentis: *Sanguinem* Rz.
non esse his fateor,verùm simile quoddam. Sepiæ in mari sanguinis vicem atramentum obtinet,sic & insectis,quisquis est vitalis humor, sic erit & sanguinis. Eodem modo de locustis loqui possum: *Carnem iis non esse fateor, verùm simile quiddam. Substantia illa*
3 *mollis, qualis est in ostreis: & comestibilis in corpusculis locustarum* hîc carnis *vicem obti-*
net. Nam *similia animalia*, pergit *Plinius*, *ut intelligi possit, non videntur nervos habere,nec ossa,nec spinas nec cartilaginem, nec pinguia,nec carnes,ne crustam quidem fragilem, ut quædam marina, nec quæ jure dicatur cutis: sed mediæ cujusdam inter omnia hæc naturæ*
4 *corpus,&c.* Talem verò carnem Israëlitis datam, qualem olim in Ægypto: & tempore concupiscentiæ suæ in animo fortè habuerunt,supra quidem in *tertia* & *quarta hypothesi* assertum, at non probatum: imò à nobis solidè,ut putamus, refutatum fuit. Exemplum simile de *Manna*,pro *pane* ab Israëlitis tunc petito & à Deo promisso, 15,5.
quod supra distulimus, hoc loco exponemus. Id nunc æquâ lance pensitent,obsecro! Lectores; ex eo enim facilè intelligent,quid judicandum sit de hypothesibus autoris nostri, & exinde deductis argumentis.

1 Nonne Israëlitæ paulò post exitum ex Ægypto Exod. XVI. 3. dixerunt: *Vtinam* Cap. 80.
mortui essemus in Ægypto, בשבתנו על סיר הבשר באכלנו לחם לשבע *Quum assidentes ollæ carnis comederemus panem ad saturitatem?* Nullum alium hîc intellexerunt *panem*,
2 quàm verum,genuinum & propriè dictum,qualem habuerant in Ægypto. Ad has querelas respondit illis Deus ℣. 4. *faciam ut pluat vobis panis ex cælo* ℣. 8. dicit Moses: *Cùm dederit vobis Deus vesperi carnem ad edendum,& mane panem ad saturitatem* & ℣. 12. *inter duas vesperas comedetis carnem & manè saturabimini pane.* Consideret quæso! æquus lector: annon hîc in deserto Sin eadem prorsus fuerit ratio concupiscentiæ panis ac postea carnis *Num.* XI. *in Kibroth Thaava.* Nullum alium panem concupiverunt aut nominaverunt,quàm antea habuerant in Ægypto,atque huc dirigitur tota
3 oratio Deique promissio. Nonne hîc eædem hypotheses de pane, ac supra de carne formari possunt?

I. *Plebem Israëlitarum panem à Deo petiisse.* Exod. XVI. 3.
II. *Panem quoque illis pollicitum esse Mosen vers. 8. & quidem*
III. *Panem qualem in Ægypto habuerant.* d. vers. 3. *notum enim sibi panem expetebant, quô libenter vescerentur.*

(u) Nota hic & alibi חגבים pro *Locustis mundis* generaliter accipi à Rabbinis. Confer supra tradita cap. 30, 6. (x) *Lib.* XI. *Hist. nat.* cap. 3. p. m. 498.

IV. *Datum etiam illis fuiſſe talem à Deo.* v. 4. 12.

V. *Et quidem talem, qui toti populo ſatisfaceret.* v. 8. 12.

Hem! quantum fallunt *hypotheſes* iſtæ, quamvis iisdem ac illæ de carne proba- 4
tionibus munitæ, ſpeciatim *quarta & quinta*, non enim quod jure diceretur panis, ſed ejus vice *Man* acceperunt, quod planè non noverant, alter enim alterum dialectô illius temporis vulgari interrogabat מן הוא *Quid hoc eſt? Neſciebant enim, quid hoc*
Cap. 81. *eſſet*, ait Scriptura. Eodem modo perſuaſum ſibi habeat ſtudioſus Lector, dediſſe 1
illis Deum, ſicuti non *verum panem*, ita nec *veram carnem*, ſed ſimile quiddam videlicet *Locuſtas*, quas bene noverant, ac ob id non interrogabant מן הוא Mân-hu. Certè ſi vulgus ſubſtantiam illam carnoſam in locuſtis nomine aliquo appellare debeat, nullum aliud nomen illi dabit, quàm *Carnis* Fleiſch. Sic loquuntur in relatione
p. 180. §. 55. anonymi *in Commentario noſtro de locuſtis*: Sie werden getödtet / und an der Sonnen gedörret / und von ihnen gefreſſen; Sie ſollen wol ſchmecken / haben NB. Fleiſch / ſo
78, 4. weiß als ein Krebs. Eodem modo Rabbini ſupra *de votis* loquuntur. Cæterùm 2
100, 1. Vir Clar.^mus alibi rectè agnoſcit hanc hypotheſin: *Dediſſe Deum Selavas in concupiſcen-*
p. 184. §. 76 *tiæ pœnam.* Idem diſertè aſſerit *Abarbanel*, quem allegamus *in Commentario noſtro.* Scilicet neque liberis noſtris, procaciter aliquid petentibus, dare ſolemus id quod concupiſcunt. Cùm igitur lamentatione ſuâ Deum ad iram commoverint Iſraëlitæ 3
(*nam cum flerent quilibet in introitu tentorii ſui*, ſtatim ab initio dicitur: ויחר אף יהוה מאד *& accenſa eſt ira Domini valdè*; & in fine cùm *caro* adhuc hæreret dentibus eorum אף יהוה חרה *exarſit ira Domini*) ideò in toto hoc actu Deus conſiderandus eſt, non ut benignus & propitius eorum Pater, ſed ut infenſus & iratus Herus. Quam- 4
obrem minimè inferri poteſt, quòd Iſraëlitis cupedias, aut conſuetum, in Ægypto familiarem, & in deliciis habitum cibum dare, atque ſic concupiſcentiæ populi rebellis ſatisfacere voluerit. Ut autem dubio Moſis quoque ſatisfaceret omnipotens, ideò ineffabilem iſtam & portentoſam locuſtarum multitudinem ope ventorum ſuorum miraculosè adduxit, ne minorem copiam caſu advolaſſe Moſes & Iſraëlitæ opinarentur.

Cap. 82. Ex hypotheſibus noſtris de *Mannâ* exempli causâ propoſitis, *ſecundam* tantùm 1
agnoſcit autor noſter Clar.^mus; quoad *primam* verò & *tres poſteriores* differentiam à ſuis dari putat. *Nam verba* Exod. XVI. 3. *non permittere*, ait, *ut dicatur, plebem Iſraëlitarum* panem, qualem in Ægypto *habuerant, petiiſſe. Nullam ibi extare petitionem, ſed deſperabundos optaviſſe, ſe potius in Ægypto manu Domini periiſſe, ubi pane ad ſatietatem fuerint paſti, quàm ut in deſerto famè perirent.* Si ita eſt, utique mirari licet cur Moſes illis 2
ſponte pollicitus fuerit panem, quem nō petierant. An ergo Moſes non intellexit, quid ſibi lamentis illis vellent? Putarem ego promiſſionem ſupponere petitionem: Petitionem utiq; non expreſſam, ſed tacitam; ex mente autoris noſtri κατ' ἄνθρωπον loquor. Nam quod mihi objicit Vir Cl.^mus, nullam in verſu citato extare petitio- 3
nem, &c. hoc primæ illius hypotheſi jamdudum oppoſueram. Agnovit id etiam autor noſter; ſed reſpondit: *Moſen fletum illum dicentium* quis cibabit nos carne? *exponere per poſtulatum, &c.* Quid clariùs hisce dictis pro noſtris hypotheſibus proferri poſſet. Profectò eodem jure dicere poſſumus: *Moſen querelam illam deſperabundorum expoſuiſſe per poſtulatum, & propterea pollicitum illis fuiſſe panem.* Nam iisdem ver- 4
bis, quibus autor petitionem carnis defendit, & nos petitionem panis defendere poſſumus, ut planè mirum ſit, quòd primam noſtram hypotheſin admittere nolit. Nam *Moſes ceu ductor populi, cujus erat ei de commeatu proſpicere, rectè illum fletum querentium, ceu in ſe directum & cum poſtulato conjunctum interpretatur.* Verba ſunt autoris noſtri ad hypotheſin ſuam primam in replica ſua Mss. Eodem modo nos, & quidem 5
multo juſtiùs, ex verbis textus expreſſis וילונו כל עדת בני ישראל על משה ועל אהרן *& murmurabat totus cœtus filiorum Iſraël* NB. *contra Moſen & Aaronem, &c.* dicere poſſumus, *Moſen* & *Aaronem* querelam in ſe nominatim directam pro *poſtulato* accepiſſe: & propterea id quod poſtulaverant pollicitos fuiſſe. Igitur ſi non potior, certè prorſus ſimilis ratio utriusque hypotheſeos primæ reperitur, ut ſi ſuam defendere velit autor noſter, & hanc concedere teneatur.

Pro

1 Pro *tertia* hypothesi nos allegavimus vers. 3. dicti capitis, ubi reperiuntur hæc Cap. 83.
verba: *Vtinam mortui essemus in Ægypto, ubi manducabamus panem ad saturitatem. Nullam hîc extare petitionem* ait Vir Cl.^mus, neque etiam nos de petitione in hac hypothesi agimus; ea enim in prima hypothesi asserta fuit. De *qualitate* tractat tertia hæc hypothesis, sicuti & ille in tertia sua hypothesi qualitatem carnis adstruxerat, sed non fundaverat. Nihil enim de qualitate carnis in allegatis versibus repertum fuit.
2 Liceat mihi hanc meam hypothesin ipsis autoris nostri verbis, quibus pro confirmanda tertia sua hypothesi usus est, tantùm *pane* pro *carne* substituto, stabilire. Sic enim loquitur: *Quod dum statum præsentem cum præterito conferunt Israëlitæ, & panem / carnem postulantes sibi dari, mentionem statim injiciunt panis / carnis, quem ederint in Ægypto ad saturitatem, ut hoc ipso simul testentur se panem / carnem huic similem expetere, æquè sapidum ac ille fuerit, cujus gustum adhuc memori mente teneant, &c.* & paulò post: *Quæ ut putò haud obscurè indicant, Israëlitas ista sua querula petitione, vel postulatione potius, simul qualem expeterent panem / carnem, provocando ad panem / cibum in Ægypto usitatum, expressisse.* Sic differit & loquitur autor noster. Quæ argumentatio, si (ut ille autumat) ad dictam hypothesin pro *carne* confirmandam valet, valebit etiam ad nostram pro *pane*. Sane hypothesin *tertiam* autoris nostri in versibus allegatis non confirmari, ipse utique agnovit; alias non opus habuisset, rationem *carnis notæ* addere, de qua supra satis superque disse- 14,6.
ruimus.

1 *Quartam nostram hypothesin non quadrare*, ait, *nec ex verbis* Exod. XVI. 4. 12. *de-* Cap. 84.
duci posse. Verùm illa eodem modo quadrat, quo quarta autoris nostri quadravit. De *qualitate* carnis ibi erat sermo, quam ex versu 18. minimè colligi potuisse in responsionibus nostris ostensum. *Si talem non petierunt (panem)* ait, *nec ut talis potuit dari.* Qualem ergò aliàs petierunt? Perpendant quæso Lectores thesin antecedentem: An negari possit Israelitas talem petiisse, seu potiùs optavisse panem; qualem in Ægypto
2 habuerint? Notum enim sibi panem expetebant. In defensione quartæ suæ hypotheseos contra nostram dixerat: *De pane talem promissionem, in qua relatio ad cibos Ægyptios evidens, nusquam legi:* hîc verò addit: *talem panem, qualem Israëlitæ in Ægypto notum habuerint, promissum non fuisse*, & tamen mox agnoscit, *populo significatum per Mosen & Aaronem, quod panem daturus sit ad satietatem, atque hoc ipso respexisse ad illa: quando comedebamus panem ad saturitatem.* Hæc sunt ejus verba.
3 Nonne hîc evidens est relatio ad illorum desiderium? nonne hîc est promissio evidenter directa ad memoratum panem Ægypti? nullibi enim aliàs panem comederant, nec alius cujusdam panis memores fuerant, qui præcisè panis non esset. Nonne hîc est nexus inter versum 3. & 4? Nonne etiam Exod. XVI. 7. promissio panis ad populi murmurationem (quæ pro *petitione* in utroque casu ponitur) verbis eorum repetitis refertur? Quæ quæso differentia est inter utrumque casum?

4 *Quintam nostram hypothesin in aliam planè mutatam esse* dicit; *se enim de Mose, me de toto populo loqui.* Certè mihi licuit hypotheses meas pro lubitu formare; ut incertitudinem oppositarum probarem. Dixerat autor noster in hypothesi sua quinta: *Talem carnem à Deo datam, quâ etiam Mosi dubitanti satisfieret*, quamvis id in allegato v. 23. *Num.* XI. non reperirem; ut in meis notis dixi. At in versibus 8. & 12. dicti capitis sa- 17,2.
turitas bis promittitur; ergo toti populo priùs dubitanti satisfactum. De qualitate carnis in locis ab autore nostro allegatis non plus reperitur, quàm in nostris de qualitate panis. Sed ut verum fateamur, hypotheses nostras veluti per retorsionem composuimus, ut infirmitatem illarum de carne, ex eventu nostarum de pane, eò clariùs ob oculos poneremus. Pergit autor noster:

1 *Saltem, si istæ locustarum nubes frequentes & notæ erant, atque hæ cibus gratus, facilè* D. Cap. 85.
Mosi dubitanti in mentem poterant venire.

2 CErtè poterant. Poterant adhuc multò plura Mosi venire in mentem, nempe R.
aves tam cicures quàm feræ in Ægypto abundantissimæ, ipsæque Locustæ, quas

ex prima conceſſione *Exod.* XVI. noverat. Fortaſſis etiam venerunt; ſed noluit eas nominare; neque etiam opus erat omnium, quæ illi in mentem venirent, meminiſſe.

Cap.86.D. *Et cùm in plagarum illæ numero fuerint quæ inſtar nubis in Ægyptum adductæ, eâ copiâ qualis nec fuit nec erit, & poſtmodum in mare algoſum dejectæ.* Exod. 10. ℣. 12. 14. 15. 19. 1

Rſp. IN plagarum numero utique locuſtæ ſunt, nec talis plaga qualis tunc ibi erat, in Ægypto unquam fuit aut erit. At hîc neque de plaga neque de Ægypto ſermo eſt, verùm de miraculoſa cibatione totius populi Iſraelitici, ad quam multò major locuſtarum numerus ac in Ægypto requirebatur. Nimirum ad oſtendendam omni- 3
76,3. potentiam Divinam ſine cujusquam noxa. Aliàs in deſertis locis congregari locu-
80,1. ſtas ad eum diem inſolens fuit & erit. Nam *externa pabula petere ſciunt*, teſte Plinio (y) *non ſiticuloſa loca.* 2

Cap.87.D. *Quis credat, talem tunc nubem iterum viſam, & Iſraëlitas locuſtis ex eodem loco adductis veſci voluiſſe, nedum in his epulis deliciari?* 1

Rſp. TAlem nubem locuſtarũ iterum viſam facilè credet, qui noverit, tam multas locu- 2
1,23,7. ſtarum ſpecies eſſe (z) inter quas ארבה Arbeh & generis & ſpeciei vicem obtinet De hac ſpecie, quæ plaga Ægypti fuit, locus *Exod.* x. agit: noſter verò locus de שלוים *Selavis* alia locuſtarum ſpecie, fortè minùs mala & eſui aptiore. Veſci autem illis voluiſſe Iſraelitas valdè credibile eſt, cùm ſint cibus gratiſſimus & ſuaviſſimus; imò quibusdam ein beſonderes Leckerbißlein / (a) adeò, ut ſi Deus eos voluit his epulis deliciari (quod quidem in textu non reperio, nec ego id unquam aſſerui) id his cupediis optimè fieri potuerit. Cæterum *locuſtas ſalſas* in Ægypto pro cibo in uſu fuiſ- 4
ſe colligitur ex iis, quæ tradit *Ionathan* Uzielis F. in ſuo Targum *Exod.* x. 19, qui ad verba textûs לא נשאר ארבה אחד בכל גבול מצרים *Ne unica quidem locuſta reliqua fuit in univerſa Ægypto &c.* ridiculam nobis ſuppeditat paraphraſin: ואפילו מדה דמלחון במניא לצרוך מיכלהון *Etiam eas (b) quas ſaliverant in vaſis pro neceſſitate victus ſui* ſc. *ventus occidentalis abſtulit.* Quaſi textui adverſaretur ſi illæ in vaſis remanſiſſent.

[*Bochartus* (c) Paraphraſten hunc tam ſtultum non putans, ut *locuſtas ſalſas ex urceis quoq; avolâſſe crederet*, particulam אפילו (quæ manifeſtè *etiam*, *quin* vel *imò etiam* notat ab Hebræo אף) habuit pro exceptiva, ac ſi Jonathan dixiſſet: *quamvis omnes locuſtæ ex univerſa Ægypto à vento ablatæ fuerint, exceptas tamen manſiſſe in vaſis conditas in cibi uſum.* Quâ paraphraſi certè non fuiſſet opus, quia nemini facilè veniſſet in mentem & illas ſimul à vento abreptas fuiſſe. Deinde vocabuli אפילו ſignificatio huic expoſitioni repugnat. Bochartum, eo non nominato, ſequitur Vir doctus, qui nuper *de locuſtis diſputationem* edidit.] 5

D. *Coturnicibus autem hæc omnia potiùs convenire, planum videtur.* 6

Rſp. IDipſum eſt in quæſtione. Mihi ſecundum rationes meas, *locuſtis hæc omnia meliùs convenire*, planum videtur. Neſcimus adhuc, quid ſerus veſper feret, ubi inveterata opinio ex animis hominum præoccupatis pedetentim deceſſerit, an non aliis plurimis idem quod mihi ceu planum atque evidens placiturum ſit.

Cap.88.D *De Carne propriè dicta conſtat. Copiam earum in Ægypto Bochartus probat. Sapidam quoque eſſe hanc carnem experientia conſtat, & ſalubrem idem probatum dedit. Et ſi vel Iſraëlitæ non cogitarint de avibus, cùm piſcium ſolùm meminerint: neque Moſes etiam, dum tamen aves datæ, magis omnipotentia Dei demonſtrata, & Moſis incredulitas detecta, quando patuit, poſſe dari etiam ſine aucupio aves ingenti numero, & ſic quoque tantâ copia carnem, ſi vel nec animalia nec piſces adducerentur, adeoq; illum potentiam Dei objectione ſua nimis coarctâſſe.* 1

Rſp. AT ſi dicta noſtra *Cap. 79. & ſeqq.* expendantur, *de carne impropriè dictâ* æquè ac de 2
80,4. *pane improprie dicto* conſtabit. *Ægypti* verò hîc mentionem fieri miror, nullas enim coturnices inde veniſſe Dn° Autor cenſet nec ego credo. Neq; etiam immenſa coturnicum copia ad *Rhinocolura* hîc quidquam ad rem facit, *Rhinocorura* Stephanus vocat, quæ

(y) Lib. XI. cap. 29. Sect. 35. (z) De quibus vide P. I. diſſertationis noſtræ cap. 23. (a) Scil. *Sinenſibus* Comment. ad hiſt. Æth. pag. 175. §. 38. (b) Sic rectè redditur in Bibliis Polyglottis Anglicis. (c) Hieroz. P. II. Lib. IV. p. 491. l. 30.

quæ illi *urbs* eſt *Ægypti*, Straboni *Palæſtinæ*; ſcil. ad limites ejus ſita eſt; unde nullæ Selavæ ad Iſraelitas ventis à Scriptura nominatis, deferri potuerunt; quod ſupra mo-
3 nere neglexímus. De ſapore & *ſalubritate carnis coturnicum* diſputare non eſt hujus loci, nec noſtri inſtituti, ſunt qui valdè inſalubrem eam prædicent, quia *veratro & aconito* veſci dicuntur: prout apud *Aldrovandum*, *Geſnerum* & alios legere eſt: & nos in *Commentario* noſtro *Abarbanelem* clarum Rabbinum citavimus, qui propterea Selavas p. 184 §. 76.
Iſraëlitis in pœnam concupiſcentiæ datas fuiſſe ſcribit, quod eſſent venenatæ; quia
4 veſcerentur *napello*, id eſt *aconito*; ſed ea nos vana putamus. Bene autem hîc notet ſtudioſus lector autoris noſtri verba: *Et ſi Iſraëlitæ de avibus non cogitaverint*, quo poſito ſequitur, quod nec carnem illarum petierint: adeoque Deus illis *aliam*, ac illi in mente habuerunt, *carnem* dederit, ut alibi fuſiùs docuimus. Cauſam verò dationis Selavarum hîc propoſitam agnoſcimus, non concupiſcentiam plebis, non Moſis expoſtulationem, ſed *beneplacitum Dei oſtendendæ omnipotentiæ ſuæ & detegendæ Moſis incredulitati*, quod infinita & inſolitâ locuſtarum multitudine præſtitum fuit. Conf. 76, 5.

Art. III. *De vocabulis* עוף כנף id eſt: *Volatile alatum.*

1 IDem de ſexta *hypotheſi dicendum.* *Quod ſi enim* inſecta (*quæ inter locuſta cenſetur*) *non* D. Cap. 89
poſſunt עוף כנף volucres alatæ *vocari*, *ut* quæſt. 1. *probatum*, *caro autem alicujus* עוף כנף *ſecundum Pſalten Iſraëlitis tum data fuit*, *ſequitur*, *id potius Coturnicibus quàm locuſtis quadrare.*

2 Mò nos potiùs ibidem, & ad ſecundam rationem dubitandi latè & clarè probatum Rz.
dedimus, כנף ſpecialiſſimè de *inſectis volucribus* in Scriptura accipi; adeoq; עוף כנף in p. 29, 18. 4.
locuſtas potiùs quàm in *coturnices* quadrare; quæ hîc repetere nolumus. (d) & c. 22. &c.

Art. IV. *De transfretatione locuſtarum.*

1 ET *multò magis de* ſeptima, *cum locuſtæ ſupponantur tanta copia ex Ægypto & Africa* D. Cap. 90.
ipſa traductæ, *quod textui repugnare videtur: quomodo verò coturnices à mari abreptæ*, *ad* quæſt. 3, *ſupra ſit dictum.*

2 AD *ſeptimam* hypotheſin nihil nos monuimus. Locuſtas quidem ex *Africa* & Rz.
Arabia traductas diximus in *Comment. noſtro:* at de *Ægypto* non ſumus locuti. No- p. 186. §. 84.
ſtram verò ſententiam de illarum tranſductione *trans mare*, textui non repugnare ſed potius congruere, niſi mare fruſtra poſitum dicere velis, *ad tertiam controverſiam* luculenter demonſtravimus, ſupra cap. 39. & 40.

Art. V. *De comparatione Selavvarum cum pulvere & arena.*

1 DE *copia Selavvarum cum pulvere & arena maris collata fateor id locuſtis tantundem* D. Cap. 91.
ac coturnicibus quadrare. Sed ſi his etiam quadret, *ſufficit*; *neque opus*, *ut alterum in eo miraculum ſupponamus.*

2 NOs in alia planè ſumus ſententia. Nimirum immanem coturnicum numerum ad ineffabilem locuſtarum multitudinem, quæ pulverem & arenam maris repræſentet, ne comparari quidem poſſe. Quin etiam cenſemus, ad ſpatium itineris diei à Scriptura expreſſum, (ſi rectè intelligatur) vix ſuffeciſſe totius orbis coturni-
3 ces, ſicuti ad *Controverſiam V.* diximus. Si verò quis crediderit, quòd vento à Deo 45, 7.
immiſſo coturnicibus pluere potuerit inſtar pulveris vel arenæ, & quòd tam ineffabilis copia illarum avium ſine nova creatione naturaliter in illis regionibus dari, & à ventis in unum cogi potuerit, ille profectò non opus habet hoc loco miraculum ſuppo-
4 nere. Nos autem illud non credimus (imò multi alii nobiſcum, præſertim ii, qui volatum ſupra terram adſtruxerunt) & *ἀπορίας* noſtræ cauſas expoſuimus ſupra ad dictam controverſiam, cap. 45. & 49. ut & *in Comment. noſtro pag.* 187. §. 86. *& ſeqq.* Arbitrium eſto penes Lectores.

Art. VI. *De itinere diei.*

1 QUod *ſi etiam iter diei*, *uti ſupra* quæſt. V. *factum*, *exponatur*, *ſaltem id non obſtat ſen-* D. Cap. 92.
tentiæ receptæ, *aut ad miraculum aliquod tertium ideo eſt deveniendum.* c. 44.

Iter

(d) Schindleri autoritatem, quoad generalem vocabuli עוף ſignificationem ſupra omiſſam hic proferre libet: *Volatile* ait, *quicquid volat*, *ut apes*, *veſpa locuſta* &c.

R. ITer diei minimum, quale proficiſcentes uno die conficere ſolent, conſtituimus. Iter 2
enim de proficiſcentibus dicitur, non de ambulantibus prope ſeu juxta caſtra; id enim nullo modo profectionem ſeu iter dici poſſe contendimus: nec quisquam alius ſic unquam vocaverit vel intellexerit. Plura diximus ſupra *ad quæſt.* citatam. c. 47.

Art. VII. *De cumulatione Selavarum.*

Cap. 93. D. *Altitudo quoque duorum cubitorum tùm non obſtat ſententiæ receptæ, ſi, ut* quæſt. 6. *fa-* 1
c. 48. *ctum, ea explicetur. Nam hac ratione multum miraculo quarto decedit.*

R. NOn poſſumus acquieſcere explicationi textûs per inſertionem vocularum reſtri- 2
ctivarum, *alicubi, hinc inde, plerisque in locis*; cauſam ad *quæſtionem dictam* ſupra
49, 4. indicavimus. Nam ſi licentiam nobis ſumamus, textum ſacrum talibus particulis interpolandi & ſupplendi, quidvis affirmare & diffiteri poterimus.

Cap. 94. D. *Quando ne quidem neceſſe eſt ut hoc ponatur ex eo, quòd Selavvæ, ſi coturnices notent* 1
contra earum conſuetudinem jacuerint per cumulos. Vtique vento valido fuerunt in terram dejectæ & proſtratæ; & ſic jacuerunt, non mortuæ quidem, ſed propemodum exanimatæ, prout homo in terram valido ictu proſtratus jacet, donec ſe recolligat. Vt adeò rurſum non opus ſit aſſerere, coturnices jacentes non niſi miraculosè quieviſſe: aut cum Joſepho & Bocharto *longo volatu feſſas ſupponere: vel etiam præter ventum hunc ad divinam vim aut*
104, 1. *angelos cum poſteriore recurrere. Quid ſi enim vel planè* exanimes *tandem altera die fuerunt? A Deo datæ videri poterant exceptionem à regula de morticiniis dare.*

R. PEr cumulos jacuiſſe Selavas in textu non reperio. Ad *duos cubitos* in ſuperficie 2
terræ, ſeu duorum ferè cubitorum altitudine jacuiſſe, generaliter & ſine ulla limitatione textus habet. Satis animadvertit *Diſquiſitionis autor doctiſſimus*, coturnicibus nullo modo convenire, ut per triginta ſex horas ad duos cubitos cumulatæ jaceant. Proinde rejectis aliorum opinionibus, qui eas longo volatu feſſas crediderunt, novam 3
cauſam novumque ſtatum illarum comminiſcitur, quaſi vento valido OMNES ita in terram dejectæ & proſtratæ jacuerint, ut propemodum exanimes altero die repertæ fuerint, ita ut Deus videri poſſit exceptionem à regula de *morticinis* dediſſe. Quæ ſuppoſita, ut refellantur, non reſponſione ſed tantùm lectione opus habere nobis videntur.

Cap. 95. D. *Et nauſeam tandem ex hac carne conceptam ſatis indicant verba v. 20. ac contagium* 1
hinc ortum, fortè fuiſſe plagam illam, quæ plurimos juſto Dei judicio ſepulcris intulit; unde loco nomen manſit.

R. SI hoc perſuaderè poſſimus Judæis ac Chriſtianis tam pulchrè in ave propriè dicta 2
conſentientibus, *Deum in concupiſcentiæ pœnam voluiſſe, ut etiam ſemi-vel plenè mortuas & ſuffocatas comederent Selavas Iſraëlitæ*, ita ut nauſeam tandem ex tali cadaverosa carne conciperent, tunc mirum amplius non erit, eas in tanta altitudine jacuiſſe. Aſt non video quomodo iſtud conciliari poſſit cum ſupra allatis Clariſſimi autoris dicis, & indubitatis quaſi hypotheſibus: *Iſraelitas & Moſen petiiſſe carnem, qualem in Ægypto habuerint.* hyp. 3. ubi præter rationem, quòd notam carnem expetiverint Iſraëlitæ, qualitatem quoque carnis quam petiverint, deſcribit his verbis, *quâ cum deliciis veſcerentur*; & ſtatim ſubjungit: TALEM *etiam à Deo* DATAM. hyp. 4. & *quidem talem, quâ Moſi dubitanti ſatisfieret.* Deinde hujus collationis art. II. his verbis utitur: *Quis cre-*
c. 87. *dat Iſraëlitas locuſtis ex Ægypto adductis veſci voluiſſe, nedum in his epulis deliciari?* Utiq; 4
nos multò juſtius quæreremus: *Quis credat, Iſraëlitas morticinis veſci voluiſſe, cùm totô primo die, & totâ nocte ſequente, & totô die poſtero tot vivas colligere potuerint Selavas, quæ illis in longum tempus ſufficerent?* Imò quis credat, Deum ſine ulla neceſſitate imò ſine causâ exceptionem à regula de morticinis ſtatuere voluiſſe, cùm infinita vivarum Selavarum copia ſuppeteret? Superiores enim (ſi aves fuerunt) vivæ manſerunt, inferioribus tantùm pondere ſupra jacentium oppreſſis. Quis 5
88, 1. credat Iſraëlitas ſapidæ & ſalubris coturnicum carnis (ut habetur Art. II.) tam citò nauſeam concepiſſe? nam nauſea de qua agitur verſ. 20. non de repentina nauſea morticinorum, ſed de diuturno uſu unius ejusdemque carnis, & quidem impropriè dictæ, poſt menſem fortè & amplius intelligenda. De *pane* ajebant

נפשנו קצה בלחם הקלקל *anima noſtra faſtidit panem iſtum vilem*; Non ſtatim, ſed poſt
6 longum temporis intervallum, hoc pacto querebantur Iſraëlitæ. Quis denique credat, contagium ex putreſcentibus Selavis ortum, eſſe illam plagam, quam Deus populo ſuo rebelli immiſit? & tamen Scripturam de tam notabili circumſtantia, videlicet ſuffocatarum Selavarum collectione & eſu, denique fœtore ſilere voluiſſe?

Art. VIII. *De præparatione Selavarum.*

1 *Neque illa Selavarum collectio ſententiæ de coturnicibus obſtat, aut quinto miraculo locum facit, ſi ſuperiora perpendantur.* D.Cap.96

2 ET nos viciſſim verſamur in ea opinione, ſi ſuperiora perpendantur, & quæ in *Commentario noſtro* de collectione Selavarum diximus, illam ſine miraculo de coturnicibus dici non poſſe. Quapropter Lectori hac in cauſa judicium & arbitrium relinquimus. R. p.187.§.97.

1 *Cum autem Scriptura de præparatione ad cibum tacere videatur, videremur & nos* ἐμβατεύειν ἃ μὴ ἑωράκαμεν, *ſi curioſitati noſtræ hîc indulgeremus.* D.Cap.97

2 SCriptura autori noſtro de præparatione ad cibum tacere videtur; cùm tamen clarè dicat: ישטחו להם שטוחה *Expandendo expanderunt eas circumcirca caſtra.* Cui fini id quæſo factum? Quid ſibi voluit hæc expanſio? niſi ut præpararentur & ſiccarentur in futurum cibi uſum. De coctura ſeu præparatione culinaria nos hoc in loco non 3 ſumus locuti; num coctas vel aſſatas, frixas vel elixas comederint Selavas noſtra non refert. Id tantum diximus: *communiſſimum atque facillimum locuſtas tractandi modum eſſe, ut ſoli exponantur, & ita ſiccentur*; quid porrò de iis fecerint Iſraëlitæ ſolliciti non 4 fuimus. Cæteroquin verſamur (ut ſæpius diximus) in ſtatu conjecturali, quid in re dubia probabilius videatur; quo caſu judicium hominis liberrimum minimeq; præoccupatum eſſe debet; argumenta autem à natura rei & circumſtantiarum ratione 5 poſſibili ſumenda. Neque enim putavit Vir Cl.^mus id eſſe ἐμβατεύειν ἃ μὴ ἑώρακε, cùm ea proferret, de quibus Scriptura tacet; nimirùm *quòd per cumulos ferè bicubitales* plerisque in locis, vel hinc inde *jacuerint Selavæ, quòd vento valido in terram dejectæ & proſtratæ fuerint, atque ſic jacuerint propemodum exanimatæ:* Item *quòd Iſraëlitæ ſuffocatas & mortuas comederint, atque exinde nauſeam & contagium contraxerint,* & ſimilia, de quibus 6 Scriptura tacet, neque etiam quisquam noſtrûm vidit. Hæc ſcil. *expanſio* eſt *nodus Gordius*, quem hoc loco cautè intactum reliquit autor Disquiſitionis doctiſſimus; his verbis pergens:

1 *Imò tantundem fortè difficultatis quoad locuſtas, quàm quoad coturnices oriretur.* D.Cap.98.

2 DUbitanter hîc loquitur autor noſter, *fortè* inquiens. Sed de theſi, in qua cardo negotii conſiſtit, quæque totum negotium abſolvit, poſitivè philoſophandum eſt. R.

3 *Dicatur de his, tantam coturnicum copiam tam brevi tempore neque mactari neque ad longum uſum parari potuiſſe, quia more Iudaico non licebat eas* πνίγειν, i. e. cranio vel fauD.
4 cibus compreſſis necare, *aut collum contorquere, ut noſtri aucupes faciunt. Quæratur porrò, quantum verò temporis neceſſe fuiſſet, priusquàm Iſraëlitæ tot coturnices comprehenderent: comprehenſas diſſecto jugulo vel capite mactarent: mactatas donec ſanguis omnis efflueret, tenerent: poſtea & deplumarent: dein exenterarent: & tandem per ingens terræ ſpatium ſigillatim, nempe per areolas, pulchrè disponerent, ut probè ſiccarentur, nec tamen putrefierent. Vivæ ſanè nec retibus contineri, nec menſurari poterant.*

5 REcenſentur hîc dubia noſtra utique graviſſima, num plenè & planè ſolvantur, & ſufficienter reſpondeatur, mox videbimus, & Lectori arbitrium relinquemus. Videamus jam, an & quomodo noſtram proponat ſententiam. R.

1 *Non tamen omnia ideò dubia cadunt*, ait, *ſi de locuſtis hunc locum accipias*; & *iſta quoq; cadere poſſunt, etiamſi de coturnicibus eum intelligamus.* Locuſtarum *præparatio eſt:* Coquebant eas in aqua, & cum aqua bulliret, cum ſale conjiciebant eas in aquam, & ſinebant eas coqui per horam. Deinde eximebant eas ex aqua, & comedebant eas 2 cum pipere & ſale & aceto. *Vnde Iſraëlitis in deſerto tantum* aquæ *ad coquendum, cùm vix ad potum ſufficeret? Vnde utenſilium copia*, ahena, cacabi, ollæ, *cùm manna & aqua cibus & potus ordinarius forent? Vnde tantum* ſalis? *unde* piper & acetum *ſuppetebant?* D.Cap.99.

Vel; *an si hæc* condimenta *demantur*, *cibus locustarum adeò gratus*, *ut cum cupediis possit conferri?*

℟. JUdicet hîc æquus lector, an non verè affectata sit hæc objectio, de præparatione locustarum contra mentem nostram instituta; quæ quasi violenter ex alio loco huc trahitur. Instituit autor noster collationem utriusque sententiæ, & primò proposuit ex opere nostro difficultates tractandi coturnices ad expansionem usque, quæ nobis utique videntur insuperabiles. Cùm autem deberet modum tractandi locustas deferri à nobis expositum proferre, nempe *quòd illas capite, pedibus* atque alis *avulsis, latè expanderint*; scil. *siccandi & conservandi causa* (ulterius enim progressi non sumus) Ille nos ex deserto introducit in culinam, & aliunde huc tracto Mauritanico locustas coquendi modo, lepidas format interrogationes de *pipere*, *sale* & *aceto*, *ahenis*, *carabis* & *ollis*, quasi nos ultra expansionem etiam de coctione locustarum in deserto egissemus, quod nemo in toto opere nostro reperiet. Nam disertè scripseram: *Expansionem Selavarum* (locustarum) *circumcirca castra ideò factam, ut in sole torrerentur*, *idque competere locustis*, *minimè verò coturnicibus*, *aut aliis avibus*. Probaveram thesin meam triplici autoritate, & relationibus diversis, quæ locustas sic præparari testabantur, subjungens: *Hinc cognoscere est*, *quid expansio Selavarum sibi voluerit*, *eumq; esse communissimum ac facillimum locustas tractandi modum*. Obiter tantùm adjeceram: *credibile esse*, *multas* (non omnes, non plurimas) *recentes ante expansionem coctas fuisse*. At nihil planè de Mauritanico illo more coquendi adjeceram, multò minus de tractatione carum post expansionem locutus fueram. Verba finalia: *si condimenta ista hæc demantur*, ad collationem utriusque sententiæ planè non pertinent. Quippe num gratus vel ingratus fuerit Israëlitis Selavarum esus, nunquam curavi, nec ego unquam cupedias asserui. Quanquam dixerim & probaverim: *Locustas in se non insuavem esse cibum*. Autor noster istas cupedias primò in medium protulit hypothesi sua tertia, *Israëlitas carnem expetiisse asserens*, *quâ cum deliciis vescerentur*: quam etiam Deus illis dederit, ut paulo ante diximus. Et ipse supra dixerat, *sapidam esse coturnicum carnem & salubrem*. Quam sapidæ verò fuerint, ex descriptione quæ jam sequitur audiemus.

p.190.§.98 1 2 3 4 5 d.§.10.9. 6 14,7. 88,1. 7

[Diffiteri non possum, unum & alterum amicum mihi privatim objecisse; *Israëlitas in deserto cupedias petiisse: non enim destitutos fuisse carne bubula atque ovilla, nec non caprina, quia armenta & greges suos secum duxerint, ut ne ungula quidem remanserit; ideoque delicatiorem quandam carnem concupivisse.* Respondi: Vix ad sacrificia sufficisse pecudes, quas enim ex Ægypto adduxerint, in tam longo itinere absumtas fuisse: neque etiam in deserto arido & sterili multas ali, multò minùs rem pecuariam exerceri potuisse. Notanter etiam dicere scripturam המסבסף *Colluviem plebis* seditionem cœpisse. Quòd autem additur גם בני ישראל *Etiam filios Israel*, eò significari accessisse etiam reliquos honestiores, paucis fortè, quibus adhuc pecudes erant, exceptis; Aliàs, si totus populus rebellasset, dixisset Moses ut alibi כל עדת בני ישראל *Universus cœtus Israëlitarum* vel בני ישראל *Filii Israël* simpliciter. Deinde, dum Moses in expostulatione cum Deo dicit: *Nunquid ovium & boum multitudo cædetur*; *&c.* satis innuit, talem multitudinem non adfuisse, aliàs sic ferè locutus esset: *Pauci boves & oves qui supersunt ad tantam multitudinem alendam non sufficiunt.* Igitur indubitanter asserui, nullas delicias, sed carnem communem & simplicem seditiosos illos concupivisse. Quicquid sit, sive cupedias sive carnem vulgarem petierint Israëlitæ, sequela talis problematis est planè nulla: *Seditiosus populus cupedias petiit ab irato Numine*; *Ergo etiam accepit.*] 8 9 Exod.16,2.

C.100.D. *Quòd coturnices verò attinet*, *nihil nos cogit*, *ut supponamus eas legaliter à Iudæis fuisse præparatas & mactatas*, *exenteratas & per areolas tum dispositas. Deplumatas fuisse sufficit. Dederat eas Deus in concupiscentiæ pœnam hominibus avidis*, *ut non ederent sed vorarent.* 1

℣. HÆ scilicet suaves fuerunt illæ cupediæ, quas Deus secundum hypothesin modò citatam illis dederat, quibus cum deliciis vescerentur; Itane cum intestinis eas 14,7. 2

de-

devoraverunt, quia *deplumasse suffecit*, crudas ne? an coctas vel assatas? Crudas non 15,4.
puto quenquam dicturum? si coctas, easdem quæstiones otiosas, & quidem
multò justiùs de *ahenis*, *cacabis* & *ollis* movere possem, ut paulo ante factum de locu-
3 stis: Sin assatas, æque facile interrogarem: Unde Israelitis tantum *ligni*, vel tot *car-*
bones, ut tantam vim coturnicum in deserto assarent? unde illis *tot verua*, *tot obelisci*
tot craticulæ?

4 Imposterum rogabo omnes, qui sententiam meam de locustis impugnare volent,
ut methodo tractandi cancrinâ (ut quidam jocabatur) procedant, & retrò à fine ex-
ordiendâ, nimirum ab *expansione Selavarum* initium faciant, quò Lectores
5 sine hæsitatione capere possint, Quomodo *expansio* illa *avium* facta fuerit, *in plumis vel*
sine plumis? cum vel sine sanguine? integrarum vel exenteratarum? Cui fini? an aut tor-
rerentur in sole fervente? quàm citò, & quàm diu? *an verò aliam ob causam?* & *num sic*
torrefactæ statim comedi potuerint? an verò adhuc alia præparatio adhibenda fuerit? Quam-
diu expansio ista duraverit? & an non putruerint in fervente illic loci sole, & calente aëre?
6 *an in plumis arefactæ nihilominus postea deplumari potuerint?* Qua de re infra Artic. X.
pluribus differendi occasio dabitur, interim qui aves statuere velit, & dubia ista eluci-
dare poterit, erit mihi magnus Apollo.

1 D. *Quis credat eos de suffocato aut sanguine sollicitos fuisse, cum aliàs non fuerint? Vid.* Cap. 10t.
1. Sam. 14. vers. 32. 33.

2 QUæstio hæc nititur falso & à nobis negato supposito: Sed consideremus eam Rx.
paulisper. Impietas quidem nulla nimia videri potest illis, qui post tot visa mi-
racula vitulum aureum adoraverunt. Ipse quoque facilè crediderim, improbos illos
neque de sanguine neque de suffocato sollicitos fuisse, ubi necessitas id flagitaret, vel
gula suaderet. Verùm hîc non de esu, sed de præparatione Selavarum quæstio est;
Expandendo expanderunt eas circum circa castra Scriptura ait. Istud est, quod nos ur-
3 gemus: quodque bonum interpretem explicare decet. *Hic Rhodus hîc salta!* Demus,
suffocatas vel semimortuas à vento prostratas fuisse Selawas, *num ergo cruda cadavera de-*
voraverunt? atque sic ad eandem quæstionem per ἐπάνοδον revertimur, quæ numero
4 antecedente tractata fuit. Verùm enim verò cum volatile nominari possit, ubi quæ-
stio de *sanguine* & *suffocato* cessat (hunc enim locustæ propriè non habent, neque etiam
avulso capite & alis ulla compressio aut mactatio requiritur) cur nodum in scirpo
quæreremus? Cur non amplecteremur potiùs sententiam, quæ S. textum mirificè illu-
strat, & cavillationes impiorum irrisorum impedit & tollit.

5 Exemplum 1. *Sam.* XIV. 32. 33. huic loco consentaneum non est. Nam lectâ to-
tâ pericopâ apparebit, illud neutiquam factum esse dolo, seu ex προαιρέσει aut contem-
tu præcepti divini, quasi tunc non solliciti fuerint Israelitæ de comestione sanguinis.
Peccabant tantùm in modo mactandi, necessitate quadam, ob defectum commodi-
tatis. Quippe in campo & castris furcæ & trabes deerant, in quibus pecudes macta-
6 tæ suspendi, & à sanguine more Judaico purè & plenè mundari potuissent. Id firmi-
ter colligitur ex eo, quòd *Saul saxum advolvi jussit*, *in cujus declivitate corpora pecudum*
cæsa reponerentur, ut sanguis omnis efflueret. Si transgressio ex alia causa facta fuisset,
Rex eam edicto vel pœnâ coërcuisset. Dum verò *saxum* advolvi jussit, eo ipso signi-
ficatur, quòd remedium quæsiverit, de quo Israelitæ priùs non cogitaverint. Est er-
go exemplum hoc diversissimum; nam in deserto in avibus nulla talis necessitas erat.
7 Sed quod maximum est, quodque Rabbini cum quibus hac de re locutus sum, mihi
respondêrunt, *Scriptura hujus peccati in Selavis commissi nullam mentionem facit.* Quip-
pe *nullum tam grave peccatum Israëlitas in deserto perpetrasse* ajebant, *quod illis gravibus*
verbis exprobratum non fuerit. Sententiam profectò de suffocato & comestione cum
sanguine tanquam attoniti abhorrebant illi Rabbini, & mirabantur, quomodo in eam
8 opinionem venissem. Cùm objicerem locum Samuelis supra citatum respon-
runt: *annon ibi notatum sit, populum peccavisse* בגדתם *rebellavistis*, ait Saul. Pete-
bant porrò, *ut unicum sibi locum ostenderem in S. Scriptura, ubi peccatum â toto populi cœtu*
commissum sine ulla nota vel redargutione relictum fuisset. *Quis credat*, ajebant, *Mosen*
tam

tam grave peccatum morticina vel aves cum sanguine mandendi, sine ulla commemoratione aut reprehensione reliquisse. Cui rationi meritò acquiescebam. Quamvis enim aliquis regerere vellet, *realem exprobrationem per plagam supervenisse, ut exprobratione verbali opus non fuerit*, id tamen hoc casu vanum foret dicere, quia aliud grave peccatum murmurationis præcesserat, quod plagam illam meruerat, ut dici non possit, eam propter esum sanguinis Israelitis fuisse inflictam, nam nec hoc scriptura tacuisset. Ast sic non respondetur Rabbinis qui dixerunt: *nullum tam grave peccatum sine reprehensione verbali relictum fuisse.* Quodnam, obsecro! exemplũ in sacris dabitur, ubi pœna inflicta fuit, non dictâ causa? contrarium certo aliquo exemplo erat demonstrandum, id cùm hîc factum non sit, persuasum nobis habere debemus, *tam grande peccatum, quale* apud Judæos est, *morticina vel suffocata cum sanguine comedendi, hîc non fuisse commissum.*

C. 102. D. *Dubia ergo ista omnia maximam partem cadunt, præsertim cùm non constet annè id quod in avium sacrificiis obtinebat Lev. 1. vers. 15. & 5. vers. 8. etiam in omni avium mactatione fuerit mandatum.*

Bz. SAtis constat מליקה, cujus in loco allegato mentio fit, scilicet *compressionem capitis* (ut Rabbini explicant) in sacrificiis tantum usitatam fuisse. Qui casus manifestè est exceptus. Aliàs regula firma manet: *Extra sacrificia mactandas non comprimendas fuisse coturnices ad communem edendi usum.* Quippe mactationem avium æquè ac pecudum omnino necessariam fuisse, & adhuc esse, Judæi omnes uno ore statuunt. Consultus hac de re Rabbinus hujus loci sequentia respondit:

תשובת השאלה ששאלני על פני המלומד
הגדול איש תורני מופלג בכל חכמה ה"ר
האדון בכבוד שמו **אֵיוֹב לודֵילף** השם
ירים הודו והדרו לנצח באשר עלה על דעת
איש אחד מחכמי הנוצרים שאין טעון שחיטה
בעוף כמו בבהמה אלא במליקה או באסיפה
סגי, אבל בהבחן הדבר במושכלות ימצא
היפוכו שהעוף טעון שחיטה ולא יוכשר
זולתה. והדבר כל כך פשוט בכל מקומות
בגמרא ובפוסקים כראיתא במסכת חולין
פרק השוחט דף כ"ז וכ"ח שם מפלפל הגמרא
באריכות עד שעלה המסקנא שם ונבחרת
כאשר צויתיך מלמד שנצטוה למשה בע"פ
כל הלכות השחיטה על חושט ועל הקנה
ועל רוב אחד בעוף ועל רוב שנים בבהמה
ועוד יש הרבה לימודים בגמרא מובא בב"י
בי"ד סימן י"ג וכולם כאחד עונים ואומרים
שהעוף טעון שחיטה כמו הבהמה אבל לא
מדברי תורה אלא מדברי סופרים. ופסוק
ומלק בא להראות על ענין אחר והרוצה
לעיין בגמרא יעיין

דוד הקטן במוה"ר נתן גרונהוט
זלל מפרנקפורט

Responsio ad interrogationem quâ me interrogavit [Tit.] Dn. Jobus Ludolfus, *extollat Deus honorem & gloriam ejus in æternum! Quoniam Vir quidam doctus inter* Christianos *in eam venit opinionem, ac si non opus esset* mactatione *in avibus* sicut *in pecudibus, sed quòd* compressio *vel sola* occisio *sufficeret. Verùm si res cum judicio expendatur, deprehenditur ejus contrarium, quòd* (*nimirum*) avis *opus habeat* mactatione, *nec sine ea esu licita sit. Res autem ista* ubivis *in* Gemata & commentatoribus (*ad eam*) *obvia est, ex. gr.* in tract. Chulin Cap. השוחט fol. 27. & 28. *ibi fusè disputat* Gemara, *donec prodeat hæc conclusio:* Verba: & sacrificabis sicut præcepi tibi, docent, præceptos fuisse Mosi oretenus omnes ritus mactationis, quoad gulam & asperam arteriam, ut & maximam alterius partem in avibus & maximam utriusque simul in pecudibus. *Dantur præterea complura argumenta ibi* in Gemara, *citata in libro* Beth Joseph, tract. Joreh deah §. 13. *quæ cuncta in eo conveniunt ac dicunt, quod* aves æquè opus habeant mactatione ac pecudes. Non quidem ex præscripto Legis, sed ex traditione sapientum. *Verba autem textus* ומלק את ראשו *alium planè sensum habent, quem qui videre velit in* Gemata, *videat.*

David parvus, filius R. Nathanis Grünhut p.m. ex urbe Francofurto.

Relin-

7 Relinquamus ergo ritum mactationis avium Judæis, prout eum traditione majorum suorum acceperunt; sufficit quòd prohibitio de esu sanguinis in Scriptura satis clara sit. Præceptum Noachidis datum, *Gen.* 9, 3. ne sanguis cum carne comederetur, repetitum est clarè *Deut.* XII, 16. & 23. רק הדם לא תאכלו verbis tam generalibus, ut nemo aves exceptas dicere possit. Eapropter transgressio facta *1. Sam. 14.* pro gravi peccato habita fuit; Hoc nostro verò casu in Israëlitis à Mose non reprehensa nec notata; ideò nec putandum, quod commissa fuerit: aut quòd Israëlitæ sine causa & necessitate mactationem injunctam in avibus negligere voluerint. Quòd autem Judæi omni tempore à comestione sanguinis abhorruerint, vel ex eo liquet, quod inter omnia Judæis exosa Apostoli proselytis, tunc temporis inter illos mixtim viventibus, *esu suffocati & sanguinis Actor.* XV. 20. præcipuè interdixerint, ne grave scandalum popularibus suis nondum conversis præberent. Manet itaque una ex primariis difficultatibus *mactatio*, si *Selavæ* aves fuissent, quæ in *locustis* minimè requirebatur.

8

Art. IX. *De mensuratione Selavarum.*

1 *Neque coturnices mensurare absonum, cùm ad rationem Bocharti jam* Quæst. VIII. D. Cap. 103
fuerit responsum. Fateor quoque lubens, corpora talis quantitatis non mensurare sed numerare nos solere, nisi copia omnem numerum excedat, & mensurando numerandi compendium fiat. Haud quoque opus ut supponamus, coturnices occisas vel deplumatas demum mensuratas fuisse, si ad ea, quæ num. 7. supra *fuerunt observata, attendamus.* 53, 2

2 Versamur, (quod iterum atque iterum inculco) in statu conjecturali, utrum pro- 54
babilius sit. Non enim quæstio est, *utrum res magnæ & copiosæ faciliùs mensurentur, quàm numerentur?* sed hoc quæritur: *Annon mensuratio potiùs locustis quàm coturnicibus*
3 *conveniat.* Deinde non potest dicere autor noster, quod secundùm suam hypothesin copia Selavarum omnem numerum excesserit; quia pro decem cotis ex mente Grsepsii unicum tantùm corum substituit, quæ quantitas, si coturnices fuissent, numerata potius, quam mensurata fuisset. Cæterum mensurationis avium nullum unquam:
4 locustarum verò plurima habemus exempla. Videantur quæ supra ex Plinio adduximus. I, 28. 2. quæque in comitatu Tirolensi acta fuerunt. I, 20. 6. Inde verisimiliter colligi potest, locustas fuisse non aves, quæ in deserto ab Israëlitis mensuratæ fuerunt. Pergit autor noster.

1 *Semimortuas statim post capturam & collectionem, vel etiam exanimes prorsus, mensuratas fuisse, magis verisimile est, & contextui quadrat.* D. C. 104. 94, 1.

2 Hic equidem optassem, ut autor noster axioma suum supra *art.* VIII. prolatum ob- c. 87.
servare voluisset, *quia Scriptura de mensuratione semimortuarũ vel etiam prorsus exanimatarum Selavarum tacet, videremur* ἐμβατεύειν ἃ μὴ ἑωράκαμεν, si tam incredibilia fa-
3 cta supponere vellemus, de quibus supra actum. Si alius quis sive è Judæis sive è Chri- c. 94.
stianis reperiatur, cui semi-vel planè mortuarum Selavarum collectio verisimilis videatur, mirabor, *cur populus Israëliticus tam stultus atque insanus fuerit, ut in tam ineffabili copia vivarum Selavarum, supra illas semimortuas vel oppressione exanimes jacentium,* 95, 4.
vanum laborem suscipere, atque semimortuas & exanimes potiùs, quàm supra jacentes vivas (quarum in tanto spatio infinitus erat numerus) colligere atque mensurare & denig, crudas (sufficiebat enim secundum autorem nostrum deplumatas fuisse) *devorare voluerit.* Id quia non sine fascinatione mentis, vel singulari pœnâ divinâ factum fuisset, Scriptura non tacuisset. 100, 1.

4 Quibus respondet autor noster: *se non largiri ineffabilem copiam vivarum Selavarum supra istas semimortuas vel exanimes jacentium in promptu fuisse, sed de* omnibus
Art. VII. *se dicere, quod vento valido fuerint in terram dejectæ & prostratæ, atque sic ja-* d. c. 94.
5 *cuerint, non mortuæ quidem sed propemodum exanimatæ.* Verùm si ita comparatæ fuerunt, annon pro insigni miraculo habendum, quòd in tali statu per triginta sex horas duraverint; nam naturaliter coturnices hoc pacto dejectæ, illo temporis intervallo vel planè mortuæ fuissent: vel supra jacentes sese recollegissent atque avolassent. Cogitent Lectores, qualem dejectionem sibi imaginari velint aut possint.

Art. X. *De expanſione Selavarum.*

C.105.D. *Nam denique poſt menſurationem demum illa expanſio fuit ſecuta, de qua* ſupra quæſt. I
61.4. 9. *actum, determinatione hucreſervatâ. Quæ an quoad coturnices dari queat,* ut ſextum miraculum evitetur, *jam diſpiciendum. Quod cumulari non potuerint, niſi planè eas putrefacere & corrumpere voluiſſent, eâdem nititur hypotheſi, nempe quòd uti mactatæ ſint menſuratæ, ſic & tales per areolas diſpoſitæ, ut ſiccarentur non ſine verminationis periculo. Quid ſi verò nec dum deplumatæ, ſive ſuſpenſæ & expanſæ fuerunt circa tentoria* 2
Iſraëlitarum, ut retia ſolent, & libero aëri expoſitæ; ſive etiam in fervida humo eundem in finem pulchrè diſpoſitæ? Potuerunt hoc ipſo à verminatione & putredine conſervari, ut hodie apud nos aves ſolent, planè naturaliter, nec ulla miraculi neceſſitas. Vtrum tamen hanc an illam expanſionem præferam, non ſatis ſcio, niſi quod utraque conjungi queat, & prior magis expanſioni avium quadret.

Rz. QUamvis credibile eſſet ſemimortuas vel planè exanimes Selavas ab otioſis homi- 3
nibus & meliores non habentibus fuiſſe collectas, non tamen mente comprehendi poſſet, cui fini mortuarum iſtarum Selavarum expanſio facta fuerit. *Eam gemino modo intelligi poſſe*, ſupra ad Qu. 9. reſpondit Vir Cl^mus, *ſed uno fine, ut ſiccarentur, dum vel nec dum deplumatæ circa tentoria Iſraëlitarum inſtar retium ſuſpenderentur, atque ſic libero aëri exponerentur: vel in fervidâ humo diſponerentur, atque hoc ipſo à verminatione & putredine conſervarentur.* Sic opinatur autor noſter. At de primo modo, videli- 4
cet *ſuſpenſione* fruſtra agitur, quia Scripturæ ſilentium evidens eſt, quare nec nobis
61.5. eam fingere licet. Verbum שטח id nusquam ſignificat, ut ſupra demonſtravimus. *Expanſionem* tantùm habet & quidem *circumcirca caſtra.* Nec facilè quisquam ſibi imaginari quiverit *quo pacto aut quot modis tanta coturnicum ſumma intra & extra caſtra ſuſpendi potuerit*; tametſi verbum illud id etiam ſignificaret; vel ſi id maximè fieri 5
potuiſſet, putatné autor noſter, *coturnices hac ratione à putredine & verminatione conſervari potuiſſe?* vel ſi in fervore ſolis præpropero exaruiſſent, creditné *illis exſiccatis plumas & pennas evelli potuiſſe?* res eſt, quam quilibet proprio ſtudio experiri poteſt.
pag.191.§. Equidem ipſe nullus dubitans ad experimentum provocavi in *Commentario* meo, 6
107. quod quilibet in ſuo cavædio capere, *& vel æſtate in ſole fervidiſſimo: vel hyeme juxta fornacem, aut in furno, aliquot coturnicum centurias necdum deplumatas, nec exenteratas ſuſpendere, vel cumulatim expandere, atque tentare poterit, quanto temporis ſpatio incorruptæ durare poſſint.* Quid putandum de infinita illa multitudine, quæ jam per triginta ſex horas humi ſparſa & cumulata jacuerat? At nos de *ſuſpenſione* ſolliciti non ſumus, *ex-* 7
panſionem non niſi poſt menſurationem: menſurationem autem nonniſi poſt collectionem factam fuiſſe, certum eſt; Eâ poſt XXXVI. horas finitâ, tum demum comparatione inſtitutâ verè dici poterat, *decem Coros collegiſſe qui minimùm collegerat.* Cogitemus jam, quantum temporis, quantum loci requiſitum fuerit ad tantam ſum- 8
mam expandendam? occiſæ enim, ſi arefieri deberent, non poterant rurſus cumulari; ſed, (ut Rabbini nugantur) *certâ ſerie per lineas & areolas quaſi diſtinguendæ erant.* Verùm enim verò carnem & aves ita areſcere & ſiccari poſſe nunquam au- 9
ditum, nec audietur unquam; niſi Deus miraculum facere velit, naturaliter enim abſolutè impoſſibile eſt. *Aſellos* quidem & *paſſeres* piſces in Norwegia ſummo frigore 10
ſiccari poſſe, ut aquâ rurſus molleſcere & comedi poſſint, notum eſt: at *aſelli quadrupedes* & *paſſeres* aves, quamvis fervidiſſima Africæ arenâ obtegas, fortaſſis torrebuntur, aquâ tamen nunquam, imò nec lixivio rurſus liqueſcent, ut ad eſum idonei fiant. Profectò rem tam tritam atque quotidiana experientiâ unicuique obviam cenſeo, ut vel pueris aviculas captantibus atque tractantibus de ea conſtet. Si quis 11
adhuc dubitet, is omnes totius Univerſi *Magiros* atque *Aucupes* conſulat, tractationem coturnicum, quam autor noſter ſibi imaginatur, nunquam factu poſſibilem pronunciabunt, etiamſi centuriæ tantùm aliquæ tali pacto tractandæ forent.

Cap. 106. Sanè expanſio iſta maximum negotiũ Interpretib^us faceſſit, ut qui bene agnoverunt, I
eam avibus propriè dictis per rerum naturam non competere. Orientales plerique 2
Chaldæus, Syrus, Arabs verbum שטח *Expandere* retinuerunt; *Ionathan ben Vziel* ſine

para-

paraphrasi hunc locum reliquit: LXX. *Interpretes* planè aliorsum abeunt, de *refrigerio*,
3 nescio quo, loquentes. *Vulgata*, omissâ expansione quam textus habet, aliô verbo finem optimè exprimit; *& siccaverunt eas per gyrum castrorum*, quasi שמוח esset *verbum* quoddam *emphaticum* seu prægnans, ut quidam vocant, quod actionem & finem seu effectum expansionis simul includeret; at *siccatio* de locustis tantùm verè dicitur.
4 Malvendæ nugas, qui scribit: *Vivas captas expanderunt in scirpeis caveis, in mensem*
5 *nutrientes* &c. invitus per tædium refero. Tremellius & Junius: *compositè expanderunt eas sibi circa castra*; Videntur Interpretes istihîc respexisse Rabbinos, qui de *lineis* & *areolis* nugantur, ut paulò ante diximus. At constructio verbi finiti cum suo 105, 8.
infinito *evidentiam* & *certitudinem* denotat, nusquam (si bene memini) *compositionem* seu *elegantem dispositionem*. Id verò observant Grammatici, si Infinitivus postponatur ut hîc, *frequentationem* seu *continuationem* significari. Itaque bene Castalio:
6 *quas passim circum castra exponebant*: Et Judæi *in paraphrasi sua Germanica* pro fœminis concinnata: מוג' זיח ומזרין פרטפריים הויפין הויפין **Und sie waren verspreyt Hauffen Hauffen**: h. e. auff gut Teutsch: **Sie wurden auffgebreitet hier und dar**
7 **in unterschiedlichen Hauffen.** Sanè Synagoga Judaica *Phasianos* vel alias aves (qualescunque demum eæ fuerint) in mente habens, expansionem istam minimè capere potest, quamobrem Rabbini intrepide corrigunt textum, & pro ישטחו להם legunt ישחטו להם שחוט *mactabant sibi mactando*, ut ex sequente *Talmudis* loco cognoscere est.

8 וישטחו אמר ריש לקיש אל תיקרי וישטחו אלא וישחטו מלמד שנתחייבו שונאיהן של ישראל שחיטה: שטוח תנא כשמיה ורבי יהושע בן קרחה אל תיקרי שטוח אלא שחוט מלמד שירד להם לישראל עם המן דבר שטעון שחיטה.

[וישטחו] Resch Lakisch ait: *Non legendum esse* וישטחו & expanderunt; sed וישחטו & mactaverunt, *idq; indicat, quòd rebellis populus Israëlitarum ad mactationem obstrictus fuerit.* [שטוח] *Discimus ex* R. Josua filio Korchæ, *non legendum esse* שטוח, expandendo, *sed* שחוט mactando; *& hoc indicat, quòd descenderit filiis Israël res aliqua cum Manna, quæ opus habuerit* שחיטה *mactatione.*

Additur d. l. in Gemara:

9 שירד להן דבר שטעון שחיטה מלמד שחשליו דבר שטעון השחיטה היה.

Verba hæc שירד להן *docent, quod* חשליו, Selava *fuerit res, quæ opus habuerit mactatione.*

10 Quibus tanquam ex tripode dictis, Judæi refragari non audent. Profecto Samaritani idem prorsus in textu & versione sua habent, ut in *Commentario nostro* docui- p. 192. §. 110
11 mus. Verior tamen est recepta Judæorum lectio, utpote locustarum tractationi maximè accommodata. Ista interpretum hæsitatio, variatio & partim hallucinatio quemlibet cordatum lectorem permovere debet, ut eligat sententiam, in qua animus acquiescere: quæque ad omnia textûs verba commodè applicari possit. Idque illum eò faciliùs facturum confido, si ad rationes magis, quàm ad autoritatem *Iosephi*, (qui in expositione hujus vocabuli bonus divinus non fuit) attendere velit.

1 Concludit tandem Cl.^mus Autor Disquisitionem suam his verbis: *Quicquid tan-* D. C. 107.
dem שלו *propriè notet*, avem *tamen aliquam & non* locustam *notare hactenus mihi magis verisimile videtur.*

2 PLacet, quod insignis Vir de significatione *coturnicis* dubitet, utpote cujus nullam hîc facit mentionem. Nam verba illa *quicquid tandem*, German. **Es mag sein was es will**/ dubitantis, vel in incerto relinquentis sunt. Idem etiam antea indicavit ad controversiam nonam in fine, hisce verbis, *si quid essent* Selavæ *hactenus constaret.*
3 Attamen cùm omnes illarum regionum aves bene cognitæ sint, & apud *Aldrovandum*, *Gesnerum*, aliosque Scriptores, qui de animalibus scribunt, præsertim *Arabes* (quos nominat & citat *Bochartus*) reperiantur, oportet aliam aliquam eligere & denominare, ad quam omnes circumstantiæ textûs meliùs applicari possint, nisi quis conjecturam suam vagam & sine fundamento relinquere velit. Imò si talis aliqua daretur, jamdudum ab eruditis indagata fuisset. Si verò id, ut ego opinor, fieri non

(c) Tract. Talmud. יומא fol. 75. Col. 2.

non possit, spes est, lectores significationem & צפור *avis propriè dictæ* omissuros, atq; notionem & כנף *volucris* seu *insecti volatilis* pro probabiliore habituros, & amplexuros; præsertim, cum sequentem textûs *Num.* XI. 31. *paraphrasin* legerint atque expenderint.

Paraphrasis.

Cap. 108. ℣. 31. *Et ventus* australis, ab omnibus meridialis plagæ partibus flans, (†) miraculosè *excitatus est à Domino* omnipotente, *qui* vi sua undique procul *abripuit Selavas*, speciem mundarum Locustarum, *à mari* rubro, Arabico & Persico, quod aliàs spontè 1
transvolare solent, *& diffudit* atque demisit instar densæ pluviæ *super castra*, ut *quasi* 2
itinere diei hîc: *& quasi itinere diei illic circumcirca castra*, seu ex omni parte castrorum, minimùm duodecim milliaria Germanica telluris opplerent, *& ferè duorum cubitorum* altitudine *super faciem terræ* jacentes, sicut mos est illis insectis, ut quanquam cumulatæ diu vivæ maneant. ℣. 32. *Et surrexit populus* cum mulieribus & infantibus 3
suis *totô illô die & totâ nocte & totô die postero, & colligebant* atq; abrepto capite alisq; occisas coacervabant *locustas* illas; *qui* cum familia sua xxxvi. horarum spatio *minimum* collegisse videbatur, mensurâ adhibitâ reperit *collectos decem coros*, quæ ingens summa est, centum medimnos Atticos continens. *Tunc expanderunt eas expandendo* passim 4
circumcirca castra, ubi eas cumulaverant. Atque hoc pacto siccaverunt eas, prout gentes australes locustis facere solent, ut non solùm in mensem, sed multò diutius durare & deinceps præparatione illis gentibus usitatâ ad cibum aptari potuerint.

Num alia melior Paraphrasis ex tot S. Scripturæ commentatoribus Judæis & Christianis inter se discordantibus dari possit, dispiciant studiosi.

Cap. 109. Visa hac mea aliam Vir Clarissimus tentavit paraphrasin, putans eam æquè commodè ad coturnices applicari posse, ut sequitur.

℣. 31. Et ventus *geminus, Eurus nimirum & auster, ab Orientali & meridionali plaga flans, miraculosè* excitatus est à Domino *Omnipotente*, qui *vi sua undique procul* abripuit Selavas, *id est aves propriè dictas coturnices*, à maris *rubri Arabici & Persici littoribus* (a) & diffudit *atque demisit instar densæ pluviæ* super castra *quadrata, ut* quasi itinere 1
diei, *id est per duo milliaria Germanica* (b) hinc *ab hoc latere castrorum*, & quasi itinere 2
diei illinc, *seu totidem milliaribus ab altera opposita parte castrorum, atque sic propter geminum ventum* circum circa castra *undiquaque in extremitate eorum medio intacto* (c) ferè duorum cubitorum *altitudine* super faciem terræ, *istis in locis ubi tentoriorum interstitiis concluse magis cumulabantur, jacerent prostratæ & valido vento propemodum exanimes dejectæ.*

℣. 32. Et surrexit populus *cum mulieribus & infantibus suis* toto illo die & tota 3
nocte & toto die postero & colligebant *coturnices eas, quales inveniebant vivas, semimortuas vel etiam planè (quòd sibi tanta altitudine superincumberent) exanimatas, idque ea copia, ut qui cum familia sua, post quam quantum satis videbatur collegerat*, minimum collegisse videbatur, *tamen mensurâ adhibitâ reperiret* collectos decem coros, *qui decem medimnos Atticos* (e) *constituunt. Atque sic* compositè eas expanderunt (f) *colligatas circum circa castra à tentoriorum clavis suspendendo*, (g) *ut eò meliùs libero aëri expositæ durarent, & necdum deplumatæ à verminatione præservarentur. Addit Dn. Autor:* Utra jam paraphrasis textui meliùs conveniat, lector judicet. *Idem & ego peto.*

Sequuntur annotationes nostræ ad hanc Paraphrasin.

(a) Littora nominat autor noster ne mare in textu frustra positum sit, de quo egimus supra cap. 40. & seqq. (b) Ratione modi computandi *duo milliaria* nos συμβίβασιν admisimus, cùm plura jure computari potuissent. c. 46. 47. (c) Ipsum tentorium conventus intelligere seba, autor noster per literas declaravit. Castra enim non manserunt intacta Psal. 78. ℣. 27. per verba *in medio castrorum*; idque ipse autor noster habet supra *cap.* 44, 5. (d) Infantes quidem *locustas* capere, & capite alisque abreptis necare possunt, *coturnices* non item. (e) Corus *Grsepsii* fictitius hîc intelligitur contra *Josephum*, de quo supra p. 52. §. 6. quem nos cum *Villalpando* validis argumentis confregimus. (f) Sic quidem *Tremell. & Jun.* exponunt, sed non ex genio Linguæ S. vid. c. 106. 5. (g) Scriptura tantum *expansionem*, non *colligationem* nec *suspensionem* novit. Vid. cap. 61. 5. (h) Hoc *caput* est *controversiæ* nostræ, cujus decisionem lectorum etiam vulgarium arbitrio relinquimus.

(†) Ventum hîc collectivè sumtum non incongruè reddideris in plurali, *Venti excitati à Domino*, & successivè flantes, &c. ut melius conveniat cum Psalmo.

FINIS.

INDEX

INDEX PRIMUS
RERUM ET VERBORUM

Prior numerus alterutram tractatus *partem*: secundus *caput*: tertius *paragraphum*, vulgo *versum* seu *comma* denotat. *Litera* si addatur, *notæ* inspicitendæ erunt. Ubi autem duo tantùm sunt numeri, in eadem parte allegatio continuatur, unicus verò numerus caput partis prænominatæ, vel etiam versum ejusdem capitis denotat.

A.

Acetum 1. 8. 5. cum pipere & sale. 2. 99. 2. & 4.
Aconitum vulgò *Napellus* 2, 88. 3.
Ακρίδες i. e. *Locustæ Johannis Baptistæ*, quid fuerint, & quid non fuerint? 2. 7. 6.
ACRIDOPHAGI, V. Indicem Nom. prop.
Advocati & Patroni *Locustis* dati. 1, 30, 1.
Aer à locustis obscuratus. 1. 16. 4. enecatarum fœtore corruptus. 1. 13. 3. & 17. 4.
Æstate exeunte pariunt *locustæ* non vere, 1. 21. 5.
Ætates Patriarcharum inter Hebræos & Græcos differunt. 2. 57. 2.
Agmina Locustarum an portendant aliquid 1. 34. 1.
Ala insectorum כנף vocari possunt 2, 33. 3.
nullum peculiare nomen in Scriptura habent. *ib.* in aliis linguis circumscribuntur *ib.* 7.
avium, speciatim אבר nominantur *ib.* 5.
earum usus primarius & secundarius. 2. 35. 2.
Senæ alæ locustis falsò tribuuntur. 1. 16. 9.
erroris forte origo 17. 1.
locustis captis avelluntur. 1, 8. 6. idque infantes facere possunt. 2. 108. 3. & 109. 4. *lit.* d.
Alaudæ 2. 67. 3. à *locustis* fugatæ. 1. 9, 2.
Altitudo LOCUSTARUM in terræ superficie, 1. 4. 4. & 9. 5. & 12. 12. & 29. 4. & Selavarum in deserto. 2. 48. *& seqq.* altitudinis sesquicubitalis fundamentum. 2. 51, 2.
Ambiguitas ubi nulla, ibi nulla declaratione opus 2. 50. 4.
Anelytra Insecta Aldrovandi 1. 25. 1.
Animalium natantium & volatilium una creatio. 2. 22. 6.
Annorum differentium vana conciliatio *Grsepsii*. 2. 57. 1.
Apes à Mose neutiquam omissæ putandæ. 2. 22. 9.
non facilè vocantur Unzicfer 2. 26, 3.
APOGRAPHA librariorum erroribus obnoxia. 2. 23. 10.
AQUA ἀκριδοκτόνος in Cyprum delata 1. 32. 7.
id fabulosum videtur. *ib.*
Aqua sympathetica contra *locustas*, aqua avium vocata. 1. 31. 6. & 32. 4. & 5. de ea dubium. *Ib.*
Aqua & igni interdicere 1. 30. 8.
Arborum trunci à locustis contecti. 1 6. 3. arbores à locustis cortice nudatæ. 1. 12. 13 & 17. 1.
Areolæ Selavarum, secundum Rabbinos nugatoriæ. 2. 105. 8.
Argumenta ab Etymologia invalida 2. 67. 3.
Aselli pisces frigore siccari possunt, non *aselli quadrupedes*. 2. 105. 10.
Asinus cum Simia comparatus. 2, 74. 2.
Astaci fluviatiles malè pro *Locustis* Joh. Bapt. 2. 7. 6.
Ασύνθετον Hebræis frequentissimum 2. 25. 5.
ATTELABI quid sint? 1. 9. 3. ambiguæ significationis vox *ib. lit.* q. & 20. 10.
Aucupum Tigurinorum relatio de ortygometra. 2, 66.
AVES minuendis locustis creatæ 1. 31. 2. in confinibus Mediæ & Armeniæ *ib.* 4. nigræ, exitium Locustarum 1. 32. 1, migratoriæ *ib.* 3.
Quadrupedes in rerum natura non dantur. 2. 24. 3.
aves Orientalium satis bene cognitæ 2. 107. 3. non possunt expandi ad siccandum. 2, 61. 6.
Avicula à locustis fugatæ 1. 9. 2.
Auster locustas ex Africa attulit. 2. 42. 2.
Autographa Prophetarum deperdita. 2. 23. 10.
Autoritas non debet prævalere rationibus. 2. 62. 5.
Autumni tempore pariunt Locustæ. 1, 19, 10.
Auxilia humana ubi cessant, ad divina confugiendum. 1. 31. 2.
Ἄυξησις 1. 13. 9.

B.

Badi, mensuræ Hebræor. capacitas secundum Josephum. 2. 55. 6.
Badus (rectiùs בת *Bathus*) regius, mensura, 2. 56. 2.
Balæna vide *Leviathan*.
BEHEMOTH est *Hippopotamus*. 2. 7. 5. & 70. 2. vid. בהמות in Ind. Orientalium.
Bombyces frixos à Germanis comestos *Cardanus* nugatur. 1. 23. 11.
multipedes inter *locustas* malè referuntur. *ib.* 13.
Boves. v. Pecudes.

C.

C pro G. olim usurpatum, & vice versa 1. 13. 10.
Calamites, rana viridis 2. 65. 1. *lit.* n.
Cameli onus quantum 2. 54. 3.
Cammari 1. 8 5.
Cancri 1. 8 5.
Canis pinguefactus locustis, 1. 6. 10.
Caput locust. equino simile visum. 1. 27. 2. lit. q. abjicitur in esu. 8. 6.
Carabi. 1. 8. 5. malè pro locustis Joh. Baptistæ. 2. 7. 6.
CARO an & qualis ab Israëlitis petita. 2. 14. & seq. non genuinam nec propriè, sed analogicè dictam acceperunt, scilicet *locustas*. 2, 76. 2. sicuti pro pane mannam vid. in M. 15. 5. & 79. 4. seq. Carnem insecta volatilia habere probatur 77. & 78. saltem analogicè. 79. 2.

Castrorum in deserto schema geminum, quorum alterum adstruitur, alterum refellitur. pag. 46. & 47. *Jonathan. Uzielis* de iis traditio. 2. 45. 5. certam habuerunt dimensionem. 47. 3.
Caueæ scirpeæ pro coturnicibus in deserto ridiculæ. 2. 106. 4.
Censuræ Ecclesiasticæ in locustas. 1. 30. 1.
Characteres in alis locustarum fortè fabulosi, 1. 33. seqq.
Chelæ astacorum. 1. 8. 8.
Chordum à locustis depastum 1. 9. 4.
Cibus locustarum suavissimus vid. Locustæ.
Ciconiarum adventus & abitus. 1. 32. 2.
Circulus non est figura quadrata. 2. 47. 6.
Æquinoctialis. 1. 14. 4.
Civitas in Africa ob *locustas* desolata. 1. 9. 6.
Coctio Selavarum in deserto. 2. 99. 4.
Cœlum locustarum volatu obscuratum. 1. 4. 3. per integri milliaris spatium 17. 2.
Coitus locustarum. 1. 22. 3.
Collatio utriusq; sententiæ de coturnicibus & locustis 2, 62. *seq.*
Collectio Selavarum qualis? 2. 52.
in coturnices non quadrat 2, 1. 6.
Color locustarum. 1. 6. 5.
Comparatio panis & carnis in deserto. 2. 83. 2. & 3.
Compositionis ratio in vocab. Ortygometra. 2. 67. 1.
Conciliatio Josephi cum LXX. Interpr. vana. 2, 63. 2.
Conjectura autoris nova de voce שלו 1. 1. 3.
Consensus specificus in expositione vocis שלו nullus 2. 9. 3. generic⁹ irritus. 5. Exemplum de quadrupedibus. 74. 2. & 4.
Contagium ex putrescentibus Selavis negatur. 2. 95. 6.
CONTROVERSIÆ circa historiam Selavarum 2. 36. *seq.*
Cornices 1. 9. 1.
Cortices arborum à *locustis* corrosi. 1. 14. 1. & 16, 3. duro *cortice* inclusas alas *locustæ* non habent. 1, 25. 2.
Corvi locustas vorant. *ibdem.*
CORUS granorum mensura. 2. 54. 2. ejus capacitas. 59. 1. Mosaicus coturnicibus non convenit 54. 4. & cap. 55. parvus Grsepsii rejectus 55. & *seqq.* ut & species ab eo confictæ *ib.*
De Coris Hiramo à Salomone missis. 55. 3. & 4.
Decem *cori* si de *coturnicibus* accipias, incredibilem efficiunt summam: de *locustis* non item. 60. 1. & 2.
COTURNIX ab ortygometra specie differt; id quod descriptionibus & testimoniis autorum probatur 2. 63. & *seqq.*
Coturnicum caro num esu salubris? 88. 3. Maria transvolare non possunt. 39. 3. terrestres magis quàm sublimes sunt.. *ib.* in nudo solo nascuntur. *ib.* 5. totius orbis *coturnices* ad obtegenda 12. milliaria Germanica, licet unius cubiti altitudine, non sufficerent 45. 7. num de novo creatæ? *ib.* cumulatæ per spatia vacua sese explicassent. 49. 4. per 36. horas sic non duraverunt. 104. 5. Exanimes collectas & mensuratas fuisse negatur. 104. à puttredine vix ullo modo conservari potuerunt. 105. 5.
Crura saltatoria locustarum; illis destituta insecta pro locustis haberi non possunt. 1, 25. 4.
Crustas seu *cortices locustæ* super alas non habent. 1. 25. 3.
Cupedias an petierint Israëlitæ? 2. 99. 8. & 9.
Cupediis comparatur *locustarum* cibus 1. 7. 2. & 12. & 8. 5.
